 in subditis no puniendo dignus est
 morte. Qui vero fecerit et consentiunt
 duplici morte digni fut. Capitulum secundum
Propter quod. et q; no sola ille
 dignus est morte qui facit peccatum
 sed etiam qui consentit. Inexcusabilis es
o homo ois qui iudicabit. hic no tm
 gentile quelibet sed et iudeu alloqit
 et omis gualit peccatos. Iudex ideo al-
loquatur q; illi reprehendebat et dāp-
nabant gentiles quasi ydolatrias et
peccatores gloriates se ad gram vetera
q;pt obseruanciam legis meruisse venire
prelatos autē q; in aliis peccata iudi-
cant et reprehendunt intelligetes esse
peccata et in se no dampnat cu faciunt
idipm. Sic etiam intelligendu est de
 oibz qui alioz vicia reprehendunt et in
 se eadem no emendant. In quo em in-
dicat altera te ipse condempnas. hoc
 ita est intelligendu. Si reprehendis
et iudicab aliu et temetipm ab aliis
viciis a quibz illu reprehendis ob-
seruas et ab aliis te ipm liberab. Si
vero eade ope implet aut maiora
a quibz reprehendis firmit tuu in quo
illu iudicab te ipm condempnas. q; qui
 aliu iudicab quq; iudicaberis et recte
 q; eadem facis quo iudicab. Secundum
qm iudicium dei est sedm veritatis
veritate et sine psonaru atceptione
in eos qui talia agunt. hoc est qui
 illa faciunt que in illis reprehendunt
 in pnti sola attendunt hōes psonas
 potentu diuitu ppinguoz in iudicio
 Sed dei iudicium in hoc est veru q; ipse
 qui verax est no attendit psonas sed
 vite meritū. Existimas autē hoc o ho-
ois qui iudicab eos qui talia agunt

et facis ea qz tu effugies iudiciū dei
An diuitias bonitatis eius et paciēcie
et loganimitatis contempnis? An ignoras
qm benignitas. i valde bona pietas dei
ad pnam te adducit. Ad iudeos quide
loquitur specialit' qui reprehendebat et cō
tempnabant gentiles qsi ydolatrias sicut
iā sup diximus. se aut dicebat hoc pme
missis ut ad fidē xpī veniret. Generalit'
vero omīs alloquitur tā iudeos q̄ gentiles
Et est sensus. Si seruis aut subiecta tua
nō valet effugē iudiciū tuū o homo
humana nūmo sapiens. quomōtu potēs
effugē iudiciū omnipotentis dei. Diuitie bon
tatis dei sūt quibz vniūsu mūdū cotidie
peccātem nō statim punit. expectās illū
ad pnam. sed insup illi benigna largitate
solem et pluuia largitur q̄s plerūqz hōies
cōtempnūt siue despicūt. dū ei grās nō
referūt. Paciēcia est qua p supbia et
procacia mēte peccātes nō statim punit.
Loganimitas q̄ alibi sustētatio siue susti
nēcia vocatur. qua p infirmitatem et
fragilitatē et nō deliberato cō. peccātes
diu portat. expectās illos ad pnam.
Sedm diuitiā aut tuā et ipemētē cor
illezaurizās. i. reseruas et multiplicās
tibi in die ire. hoc est vndictā in
die iudicii et reuelatōis iusti iudicii
iusti iudicii dei qui reddet vnicuiqz
sedm opa sua. bonis bona. malis mala.
Dices ne et reuelatōis siue manifestatōis
iudicii. ipm iudiciū et manifestatio iudicis
omnipotentis dei intelligitur. Cor durum et
ipemētē in scripturis dicit dē cū mēs
humana velut cera i frigore iniquitatis
obstricta signaculū diuine ymagis nō
recipit illud. scz qz dūb in aīa nos hīc
docet dicens. Scī estote qm ego sīs sū
Et de quo p̄tā. Signatū est sup nos
lūmē vultus tui dñe. hīs quide qui

sedm paciām boni opis gloriā et hōiem
et incorruptionē q̄rentibz vitā eternā.
Ordo est vboz et sensz cū subauditōibz
hīs quide qui sedm paciām boni opis
modo laborāt aut viuūt. q̄rentibz sū
vitā eternā i iudiciū dei expectātibz
qui de bono suo nō modo sed in futuro
mercede querūt glōriā et incorruptōez
dabit in die iudicii. Gloriā claritatis
dabit eis qua fulgebūt sicut sol in
regno patris sui. Honorē quo filii dei
erūt. sicut dicit iohēs h̄m. Nūc filii
dei sumus. nondū apparuit qd erimus
scimus aut qz cū apparuit illis ei erimus
qm videbimz eū sicuti est. Incorruptōez
quoqz dabit illis i immortalitatē qz erūt
omīs electi icōmutabiles in aīa et incor
ruptibiles in corpe. hīs aut qui ex
cōtentione subaudis sūt i qui dei iudi
ciū reprehendūt et qui nō acquiescūt
veritati. i. etiā uel xpc. Eredūt autē
iniquitati hoc est medicio oīz malo vel
eciā dyabolo eius voluntatē adimplēdo
ira. i. iudiciū dei veniet. et indigno
hoc est vndictā siue seueritas depna
tionis. Tribulatio quoqz veniet eis de
reatu cōstie et cōsideratiōe peccati et
angustia de seza pnia. hęc aut oīa
venient in oēm aīam hōis operantis
malū. iudei p̄mū et greci. In oēm aīam
dicit in totū hōiem a parte totū itel
ligens. ut illud. descendit iacob in e
gyptū in aīabz septuaginta. Vel etiā
in aīam dicit. qz pmo peccatū cōcipit
in aīa cogitādō. ac deinde peccatur
opere. Sed timendū nimisqz formidādū
qz dicit in oēm aīam hōis operantis malū
hec esse vñtaria. Nulli em peccat omīs
deus nec āgelo nec amico. Peccant
siquidē āgeli et pietis est de celesti sede
peccant hō et expulsz de paradisi gaudiis

Peccantur magis ad ipsum contradicere
 ideoque non est ingressus terram promissis
 Idcirco autem iudeus gentili in culpa
 antefatur quia ipse per legem moysi quam
 ante habuerunt graviter peccaverunt
 legem naturalem et legem scriptam privari
 cando. In gloria vero non causa honoris
 profertur iudeus gentili sed credulitatis
 tpe. Gloria autem qua fulgebunt iusti
 sicut sol in regno dei. et horum quo erunt
 filii dei. Et per remissio peccatorum sine
 reconciliatio qua reconciliamur deo per
 omni operanti bonum. subaudiendum venit
 iudeo primo et greco. primo iudeo de
 inde gentili quia primitie ecclesie ex iudeis
 fuerunt. Non est enim personarum acceptio
apud deum. Cum esset personarum accep
 tio sine distantia apud deum. si propter
 abraham iudeos diligeret. et gentiles dum
 videret colentes abierit. Vel si remunc
 raret iudeis bene vivente et negligenter
 gentile recte crederetur et recte operantem.
Cumque enim sine lege moysi vel x
arum peccaverunt sicut pagani sine
lege peribunt quia non requiritur ab illis
lex. peribunt tamen quia legem naturalem spre
verunt. Et quia evangelium noluerunt recipere.
Et quicunque in lege moysi positi pec
caverunt per legem iudicabuntur. quia sunt
privati. Non enim auditores legis
iusti sunt apud deum sed factores legis
iustificabuntur. hoc est iusti habentur
 et iusti apparebunt. sicut ille volebat
 de quo dicitur. Volens autem iustificare serviet
 ipsum et volens iustus apparere. Cum audit
 legem et non adimplet precepta legis non
 iustificatur solummodo propter auditum. quod vero
 est auditor legis et factor utique ille ius
 tificatur per legem. Cum enim gentes que
legem non habent naturaliter ea que legis sunt
faciunt. Eiusmodi legem non habentes ipsi
 sibi sunt lex. qui ostendunt opus legis
 scriptum in cordibus suis. hoc dupliciter

intelligi potest. Si enim gentes que legem
 scriptam non habent faciunt ea que lex
 scripta precepit illis quibus data est
 ipse utique ostendit hanc se scriptam
 naturalem legem in cordibus suis. et
 ipsi sibi sunt lex. quia illa faciunt que
 lex docet. licet illis non sit data. Vbi
 gratia. Sarraceni qui neque legem moysi
 si neque legem evangelii habent. dum
 naturaliter serviant. ne homicidium faciunt
 vel adulterium perpetrent. Quodque que
 lex scripta in se continet. ipsi sibi sunt
 lex. quoniam per opera que faciunt scriptam
 legem in cordibus suis ostendunt. Lex
dicit non occides. Is qui legem non ac
cepit si non occidit ipse sibi est lex. A
 litem cum gentes que legem non habent
 moysi per doctrinam evangelii imbuti via
 naturaliter ea faciunt que lex moysi pre
 cepit. ipsi sibi sunt lex. quia habent eadem
 legem moysi scriptam in cordibus suis
 inspiratione omnipotentis dei. Testimonium
reddente illis conscientia ipsorum. et int
er se invicem cogitationum accusantium aut
etiam defendentium. Et quia hoc. In
die qua iudicabit deus occulta hominum
secundum evangelium. men. et secundum quod ego
annuncio vobis. per illum christum. Illud autem
 iudicatum est deus pater mundum sicut
 ipse dixit. pater non iudicat quemquam sed
 omne iudicium dedit filio. Sicut scilicet
 inprimis note in terra. sic quedam
 note malorum aut bonorum cogitationum
 figuratur in mente et conscientia nostra. quia
 aut accusabit aut certe defendet nos
 in die iudicii quoniam non solum aperta sed
 etiam que nobis sunt occulta iudicabuntur.
 In hoc ergo nobis testimonium prohibebit
 conscientia nostra. quia manifestabit nobis
 utrum plura peccata sint an bona opera
 et utrum vetera an nova. utrum delecta
 per penitentiam an novis sceleribus accumulata.
Si autem tu iudeus cognovisti. subaudis

a iuda patriarcha. et requisitas in lege
illa legendo meditatio. et secundum tuam
falsam doctrinam intelligendo. et gloriaris
in deo. hoc est in vniuerso dei notitia. et
nostri voluntate eius per ipsam legem. et
probas utiliora instructa per legem. et
certa. quia tu dico habes formam sancte et veri
tatis in lege et similitudine quidem habes
sancte sed non veritate prudencie quia in
christum non credis. Ad infidelem loquitur
iudeum qui gloriatur quasi in cogni
tione vniuerso dei et in carissitudine. et probat
utiliora in lege moysi et putat se
dicit esse cecorum et gentium que erant
cece infidelitate ignorancia et peccatis sicut
et illi fuerat olim quibus idem apostolus
loquitur. Finis aliqui tenebre. Bene
dicit quia probat utiliora in lege moysi in
lege quidem naturali utilia sunt que dicit.
Quod tibi non vis fieri alii ne feceris.
Sed in lege erat utiliora quia ibi est cog
nitio dei. In errorem autem utilissima. Gen
tiles enim quodammodo utilia cognoscebant
per naturale legem. Iudei utiliora per legem
naturalem et per legem moysi scriptam. Fideles
autem in nouo testamento utilissima cog
noscut quia habent fidei sancte imitatis. Cum
ergo alium doces tempus non doces. hoc
interpretatur est legendum et cum subau
ditore humori. O iudee qui alium doces te
ipsum quare non doces. Cum predicat non
curandum quare furaris bona alterius.
vel etiam qui predicat legem quare furaris
de lege spirituali intelligentia. Cum
dicis non mechandum quare mecharis.
Mechus est adulter et non solum ille de
mechus qui uxorem alterius violat sed
et ille qui cultum et religionem que soli
deo conuenit quantum in se est falsis
superstitionibus tribuit. Et est sensus. Cum
dicis non debere uxorem alterius adul
terari quare adulteraris. Vel qui dicit
deus debere seruire quare deseruis vicinis.

Cum abhoraris et respicis vel odio
habes ydola quare facis sacrilegium.
Legere sine sublegete est furari. Iudei
sacrilegium est sacrarum rerum furtum.
Verbi gratia. Cumque de thesauris ecclesie
vel de substantia deo famulantium
aliquid occulte abstrahit sacrilegium
petrat. Specialiter vero sacrilegium est
sacrorum verborum peruicatio. Cum in
lege gloriaris quare per peruicationem
legis deum inhonoras. Deus inhono
ratur dum voluntas et iussio illius calcatur
et pro nichilo ducitur. Sic de inhonorari
verum vel quibet peccatis dum ecclesia illius non
obseruatur perceptus eius non custodit.
Nomen enim dei per nos blasphematur
inter gentes sicut scriptum est in egypto.
Captiuatus populus israel in babilone et
in assyrios carceribus gentes nomine dei
per nos blasphematur quia dicebant
hostes illorum cum irrisione. Erre que deum
colobatis quia non valent vos liberare
de manibus nostris. Vere ydola nostra fuerat
victoria dei veri. Sicut qui deperdit
sanctam ecclesiam ab hostibus et qui illi qui no
mine sanctitatis debet hinc male viuunt
blasphematur nomine dei quia dicunt
iudei atque pagani. Erre populus dei
erre apparet quales seruos habet illos
vester. Circumcisio quidem predestinatio est legem
custodias. In hoc loco non est sequenda
claudius sed potius ambrosius hoc modo
Circumcisio hoc in loco pro ipso genere
gentis accipit hoc est pro genere abrahe
a quo ille populus origine tenuit venit
a quo etiam ipsa circumcisio exordium sumpsit.
Hanc enim habet apostolus consuetudinem ut
iudeos circumcisio. gentes autem per
cui appellat. Et est sensus. O iudee tunc
prodest tibi quia de genere abrahe es et
de genere circumcisiois a quo ipsa cir
cumcisio exordium sumpsit. si legem spiritualiter
intelligens credis in christum cui lex

testimonium

testimoniū prohibet. et si circūfione
 nō carnaliter sed spūaliter obseruas
 Alioquin nō prodest esse de gñe abrahe
 sed magis deest tibi promittens em
 lex xpm dicit p iacob Nō deficiet
 princeps ex iuda et dux de femoribz
 eius donec veniat qui mittendus est
 et ipse erit expectatio gentiū. Et p
 xpm legislatorē inquit ppheta suscita
 bit vobis deus de frūbz vris tāq̄ me
 xpm audietis iuxta oīa que dixerit vobis
 vobis. De circūfione quoq̄ spūali in
 diebz inquit nouissimis circūcidet dñs
 cor tuū et nō carnē tuā. Si autē pūdi
cator legis sis et si nō credis in xpm que
lex pmittit. et si circūfione spūaliter
nō seruas. circūficio tua p̄pucū facta
est. et sibi gentili factus. et es qui nō
habet legē. qz qui debueras esse iudez
credeō in xpm et legē spūaliter impleō
similis factus es gentili. ideoqz et in
gentilitate reputaberis. Vñ dicit dñs
p ppheta. Chermel in saltū reputabit
circūficio videlz in gentilitate. Si igitur
p̄pucū custodiat iusticias legis nōne
prepucū illis in circūfione reputabitur
Sensy iste est. Si gentilis quilibz legem
custodiat credendo in xpm. circūfione
spūaliter obseruādo ceteraqz q̄ lex p̄cipit
spūali intelligēcia custodiendo nōne
gentilitas illis reputabitur in circūfione.
Vtiqz qz verus iudeus eat et cōfiteō
deū Vñ ppha dicit. Couertetur libanus
in chermel et gentilitas in circūfione vera
libani em̄ interpretatur dealbatio. et
chermel vero stercia vere circūfione.
Libanus ergo in chermel versy est qñ
gentilitas dealbata in baptifmate lotū
iudeoz obtinuit sciam vere circūfione
habens. Et iudicabit qz ex natura p̄p
ucū legē consummans et p̄ficiēs te qui
p litterā et circūfione p̄uicator le
gis es. P̄uicator legis est qui in xpm

nō credit. Ex superioribz ista p̄cedent Et
 est sensy. Nūquid ille qui naturaliter
 gentilis est. et legē consumat sine p̄
 ficat et obseruat nō iudicabit vel p̄pna
 bit te cōparatiōe s̄q̄ melioris facti qui
 p̄ h̄ralem intelligēcia et circūfione
 carnalē legē p̄uicatoris. Vtiqz d̄pna
 bit te sicut diximus. qz ille spūalē intel
 ligēcia in lege scrutādo requirit tu
 semp carnali intellectu delectaris sup
 ficiem tūmō legendō. Nō em̄ qui in
manifesto in et in publico iudeus est.
s̄q̄ placet deo neqz circūficio q̄ in mani
festō et in carne est placet deo. Sed q̄
in abscondito et qui in corde iudeus est
s̄q̄ ille placet deo. et circūficio cordis
in spū nō in littera s̄q̄ placet deo. Ling
s̄q̄ iudei laus nō ex hoībus sed ex deo est.
Circūficio carnalis et manifesta atqz
fidem h̄ram expoliatio carnis est. et illa
laudatur ab oībus iudeis. Circūficio
vero cordis et in spū est ablatio infidelit
tatis et susceptio fidei xpi atqz expoli
atio vitorū. Et est sensy. Qui tūmodo
genere et nōie est iudeus et circūfione
carnaliter obseruat nō placet deo neqz
meretur laudari ab illo q̄nis ab hoībz
laudetur. Qui vero in occulto in corde
est iudeus cōfiteō deū et in corde est
circūficio ab oī infidelitate ab oī mala
volūtate et cogitacōe placet deo et me
retur laudari ab illo. audiens ab illo
auge serue bone et fidelis intra in gaudiū
Q dñi tui **Capitulum tertium.**
 Vid ergo ap̄plus est iudeo. s̄q̄
 q̄ gentili p̄pter circūfione. Aut que
 vtilitas est circūfione. Multū p̄ oem
 modū et p̄ multas causas. p̄mū s̄q̄ in
 in hoc profuit illis. qz credita sunt
 illis eloq̄a dei. Grant apud rōnos iudei
 et gentiles in xpm credentes sed plus
 habuerūt iudei ante dñi aduētū q̄ ge
 tiles qz illis credita sūt eloq̄a dei. Et

est sensus. Cuius boni procepit propter
circumcisionem iudeis plus quam gentilibus
aut que maior est iudeo transgressio quam
gentili intransgressio. Multum profuit ei
per multas causas. quia meruit legem
accipere. manna de celo suscipere.
intrare in terram omnibus meliorem regem
nunc et sacerdotum possidere. Unde dicit
apostolus. Cuius promissa profuit eis quia le-
gem et prophetiam meruerunt accipere.
Quid enim scilicet nocuit si quidam illorum
non crediderunt. Nunquid incredulitas
illorum fidei dei euacuauit. Absit.
Hoc tripliciter potest intelligi. Cuius tripartitum
nocuit ioseph et caleph aliisque qui terram
promissionis meruerunt recipere si
sexcenta milia non crediderunt sed
perierunt propter suam incredulitatem. Nunquid
incredulitas et perditio illorum fidei dei
et promissionem dei euacuauit aut in-
uicem fecit quia dixit abrahe terram
istam tibi dabo et semini tuo. Nichil
eis nocuit quia ipsi non sunt frustrati
promissione. Aliter. Si quidam illorum
non crediderunt sed mortui sunt in de-
serto. nunquam mors illorum promissionem dei
manem fecit quam promissit abrahe de christo
dicens. In semine tuo benedicentur omnes
gentes. Minime. quia remanserunt ex ipsis
de quorum progenie christus postmodum natus
est. Aliter. Quibus multitudo iudeorum
in aduentu christi non crediderunt. tamen
non est euacuatum quod promissum fuerat
dauid. de fructu ventris tui ponam super
sedem tuam. quia super credentibus ex iudeis
sedem principatus accepit christus. Sed neque
illud euacuatum est quod promissit deus
per prophetam. Si fuerit numerus filiorum israel
quasi arena maris reliquie salue
fient. Est autem deus verax. omnis autem
homo mendax. Deus verax est quia quod
promissit illis dare terram repromissis
ope compleuit. Sicut quod promissit abrahe

de christo quia in semine eius benedicende
forent omnes gentes. et quod promissit dauid
de fructu ventris eius sessionem regem super
sedem regni eius. et per alium prophetam de
salute reliquiarum totum compleuit. Omnis
autem homo contradicens promissionibus
dei mendax est. Vel omnis homo in quantum
a seipso est mendax est. in quantum verax
a deo est. Sicut scriptum est. Ut iustifi-
ceris in sermonibus tuis et vincas cum
iudicaris. Iustificeris et iustus predicaberis
et verax in sermonibus tuis et in promis-
sionibus tuis et vincas explendo illas
domini et iudicaris a populo. Dauid propter
factus est adulter et homicida uxore
vrie accipiendo et illum gladio filiorum
amon interficiendo dicebat multi. Va-
cua efficitur promissio omnipotentis dei que
facta est ad dauid quia ex semine illius
christus esset nasciturus. quia non conuenit christum
natum de homicida et adultero. Sed falsum
erit quod sibi pollicitum assererat. Quod si et
christus de eius semine fuit natus iniustus
atque indignus erit ut de maleficio et pec-
catore huiusmodi originem ducat. Cui contra
humiliter confitetur peccatum suum dicens. Tibi
soli peccavi quia reus sum et malum coram
te feci. et de peccatis ut deus quod promissit
ope compleat contradicensque mendaces of-
fendat. Aliter. Iustificeris indulgentiam
peccati donando ad te conuersis. sicut promittis
et vincas remittendo peccata domini dicens
non posse dimitti. Si autem iniquitas vestra
iustitiam dei commendat. quid dicemus.
Erant quidam iniqui perfecti qui dicebant
ideo velle deum ut nos peccemus quo ipse
solus comparatione nostra iustus appareret.
Et dum peccatum nobis dimitteret quod iniustus
sit patefaceret. Ideo etiam velle eum ut nos
menciamur. ut ipse solus verax inueniat.
Quod si ita esset iniuste damnarentur ab illo
qui malo nostro facti succresceret. magnum
quod fieret. Contra illos tales loquitur apostolus

Persona stulti hominis assumens simulque sapientis puerum illius intelligentiam destruentis. Si inquit iniquitas mea et misericordiam dei iustitiam et scientiam atque veritatem commendat et laudabile facit et quod dicemus. Commendatio aliquando pro laude ponitur ut in hoc loco et alibi ubi idem apostolus ait. Ego debui a vobis commendari et laudari. Subiungit ergo et dicit. Nunquid iniquus est deus qui infert iram et vindictam. Et est sensus. Si mea iniquitas et misericordiam dei laudabile facit et si quanto amplius peccamus tanto ei placet et eo amplius ipse solus iustus et verax apparet. Nunquid iniquus est deus infertur vindictam pro malis que ille vult ut faciamus sed in quod stultissimi dicunt. Omnia si ille vult ut peccemus sicut quidam stultorum dicunt quod nefas est insuper cogitare quoniam dampnat hominem peccatorem iniquus est quod recte non iudicat. Potius enim debet illum honorare cuius iniquitas illi laudabile facit. Sed quod hoc verum non est subdit apostolus. Sed in hominem dico et secundum intelligentiam carnalis hominis qui nichil bonum cogitare valet addit adhuc. Absit hoc iungendo superius ubi dixit. Nunquid iniquus est deus qui infert vindictam. Absit sed ut aliquis hoc fidelium cogitet quod deus iniquus sit et quod mea iniquitas facit illum laudabile. Alioquin quomodo iudicabit deus hunc mundum. id est. si deus hoc vult ut nos iniusti sumus quare iudicabit homines qui quoniam peccant eius voluntate adimplent et quorum iniquitas illum laudabile facit. Si enim veritas dei in meo mendacio habundavit in gloria ipsius quid adhuc tamquam peccator iudicor. Et est sensus. Si deus meo mendacio verax apparet et dum ego mentionem ipse solus verus esse predicatur que me dampnat et iudicat tamquam peccatorem. Hec verba non dicuntur affirmatio sed

potius denegatio. Nec debet hoc aliquis pro veritate accipere quod deus qui natura liter et essentialiter bonus est iustus misericors et verax nostro peccato magis mendacio crescat in laudem et in iustitiam quod non placet ei quicquam peccamus aut mentimur. Et non predicamus sicut blasphemamur sed ab infidelibus et sicut ait nobis quidam infidelium dicere. Faciamus mala ut veniant bona quorum dampnatio iusta est. Quidam simplicium nimis perfecti audientes predicatione pauli aliorumque apostolorum qua dicebant ubi habundavit iniquitas super habundavit gratia que summa in subsecptibus exponenda est. Ubi debuerunt accipere salutem et vitam ibi acceperunt dampnationem non recte intelligentes illud. Dicebant enim. Faciamus mala sicut apostoli nostri predicant quod quanto amplius maiora crimina commiserimus tanto amplius maiora bona propinquamus et maiorem gratiam quod deus hoc vult ut peccemus ut habeat quod dimittat ac propter hoc ipse misericors iustus quod appareat. Contra tales protulit apostolus hanc sententiam. Quidam dicunt quod nos ista dicimus sed non sumus sumus tales quales dicimur et blasphemamur neque loquimur illa que dicunt nos dicere. Quorum dampnatio igitur est si in illi in talibus permiserunt ut pro mala speret recipere bona et insuper mendacium de nobis sentiunt. Nos autem non debemus dicere faciamus mala ut veniant bona sed fecimus mala et venerunt bona pro gratiam dei et nunquam faciamus bona ut veniant meliora. Quid igitur precellimus eos. Nequaquam. Revertitur iterum ad superiora ubi dixit. Quid est apostolus iudeo quod greco. Quid igitur dicimus. Precellimus eos et nunquam excellentiores sumus nos iudei gentilibus. Nequaquam quod non est personarum acceptio et

apud deū. Sed in omni gente qui timet
deū acceptus est illi. Causati em̄ sunt
iudeos et grecos i. causa causā ostēn-
dūm illis et dixim̄ om̄s iudeos et gē-
tiles sub p̄cto esse. q̄ iudei p̄uaticādo
legē naturālē et scriptā, et gentiles na-
turālē trāsgrediendo inuēti sūt p̄ctores.
sicut scriptū est. Quia nō est iustus
quisq̄, subaudi a se vel in oib̄ malis
hoib̄ iudeis et gētilib̄, nō est iustus
quisq̄. Tale est illud Testimōiū cuius
nemo accepit, cū multi electoz accepe-
runt, reproboz vero nemo. Nō est intelligēs
deū nō est requirens illū. Ille intelligit
et requirit deū qui volūtate illig sciendo
studet ei placere. Om̄s et iudei et gen-
tiles declinauerūt i. recesserūt a deo
volūtate illig nō faciendo. Simul inutiles
facti sūt i. nichil facti sūt, creaturā
adorātes pro creatore. Nō est q̄ faciat
bonū aliq̄ et nō peccat. Nō est usq̄ ad
vnū i. p̄ct̄ xpm̄ vel usq̄ ad vnū xpm̄.
Sic em̄ soliti sūm̄ ducere. Ager ille
p̄tingit usq̄ ad mare, quo dicto non
cōprehēdim̄ mare, q̄ ager nō intrat
in mare, sed locū p̄tingentē usq̄ ad
mare. Nō est ergo qui faciat bonū usq̄
ad xpm̄. hoc est, usq̄ dū ad illū veni-
at credēdo p̄ quē datur fides et facul-
tas opandi bonū. Nisi em̄ ad xpm̄ veniat
credēdo in illū, aliter bonū opus ip̄lē
nō valet ut est agendū. Sepulchrū
patens est guttur eoz, hoc de iudeis
p̄rie intelligitur q̄uis et de philosophis
accipi possit. Sepulchrū ad hoc patet
vt mortuoz s̄cipiat corpora. Tales sūt
qui alios suis errorib̄ et suasionib̄
decipiūt et ad malū deglutiūt in-
ficiētes eos in aīa sicut scribe et phari-
sei et phi gentiū quoz ora et fauces
ad hoc patebāt ut simpliciores quosq̄
sua praua doctrina inficeret. Aliter
Sepulchrū patens q̄libet existit q̄ malū

apertis iudicis cogitādo meditatur
at deinde in p̄ntia sine aliquo metu
at verecūdia opatur. Linguis suis do-
lose agebāt. Dolose agebāt iudei q̄
volebant deū callide suis sermōib̄
decipere dicētes. Maḡ scim̄ q̄ veraces
et cetera talia. Venenū affūdū sub labiis
eor̄. Aspis mordendo infudit venenū
q̄d pene oib̄ venenis acerbis ē. Ita
iudei quodāmodo mordēdo infudebant
venenū erroris et suasionis dū loq̄do
et blandiēdo inficiebāt suos audito-
res in aīa, et nō solū in alios, sed etiā
adip̄ xpm̄ crudelissima extitit eoz mali-
cia. Sub labiis eoz dicit i. in corde vbi
cōcipiūt sermō malicie et blasphemie
māru at postmodū p̄ferūt ore iux̄
q̄d ip̄a veritas dicit. De corde exeūt
cogitacōes male rē. Quoz os male-
ditione et amaritudine plenus est.
Os iudeoz plenus erat maledicōne
infidelitatis p̄uēscq̄ doctrine, q̄
dicebant de xpo, demōniū h̄, et q̄
maledixerūt cetero dicētes, tu discipulus
illiū sis, et filius fabri es, et samari-
tanus et cetera talia. Quib̄ ubi p̄uo-
cabāt deū ad amaritudinē, vel certe
ut amaritudinē referam̄ ad dñm pas-
sionē os iudeoz repletū fuit amari-
tudine, q̄ clamauerūt dicētes. Cru-
fige crucifige eū reus est mortis. De
lores fuerūt pedes eoz ad effūdendū
sanguinē, q̄ semp fuerūt prompti
ad effūdendū p̄phetarū et iustozū sanguī-
em et nō solū occiderūt seruos sicut ysa-
yam gechielē et iheremā atq̄ zartha-
riam sed et dñm p̄phaz. Ergo quib̄
fecerūt venit sup̄ eos contritio i. afflic-
tio a rōm̄s quā p̄tulerūt in corpib̄
Et infelicitas in vīs eoz, i. miseria
quā sustinuerūt in corpore et aīa, pro
vīs i. actionib̄ suis malis. Et vian-
patris nō cognouerūt i. xpm̄ mediato-
rē

dei et hominū qui pacē afferens mūdo
 dixit. Ego sū via. Nō cognouerunt
 ad hoc ut in eū crederēt ignorātes
 eū ad hoc venisse ut p suā passionem
 reconciliaret illos deo p̄i. Vel viā pacis
 dicit. i. actionē iustā nō elegerūt ut
 ageret p̄nam dignā p quā pacifica
 mur deo. Vñ dī in eua^o p̄nam
agite appropinquabit eū regnū celoz
Nō est timor dei ante oculos eoz. Ti
 more dei p̄e oculis mētis sēp habet
 qui deū et dnm suū p̄ntem semp et
 ubiq̄ considerat esse. et dū p̄ntiam illig
 recolat peccare metuit. Ideoq̄ nequaq̄
 illū offendit. Sed qz iudei istū timore
 ante oculos nō habuerūt ideo offenderūt
Scimus autē qz quocūq̄ lex loquitur
hīs qui in lege sūt loquitur. Lex ḡnālī^r
 appellatur uetus testamētū. Aliq̄n tñ
 in tria diuiditur ut in eua^o habetur
 quomō aperuit dñs discipulis sensū
 vt intelligerēt oīa que de eo sc̄pta crāt
 in lege moysi et p̄phetis et psalmis.
 Aliq̄n vero in duo ut ibi lex et p̄phete
 usq̄ ad iohēnē. i. usq̄ ad xpm cui iohēs
 testimoniū p̄hibet. Nōnūq̄ psalmi lex
 vocantur sicut dñs ait. In lege v̄a
 sc̄ptū est. Ego dixi dñi sc̄tis. Et alibi
 Sed ut n̄pleatur sermo qui in lege eoz
 sc̄ptus est. qz odio habuerūt me gratis
 Ita et hic lege appellat aplūs psalmos
 in quibz p̄dictū fuerat iudeis. Dixit
 insipiens p̄lūs iudeoz videns xpm
 p̄ntem in carne. Non est deus. Ergo
 aplūs ut ostēdet ea q̄ sup̄ius dixit de
 psalmo. p̄p̄e p̄tinē ad iudeos qui glā
 bantur de nobilitate generis et vite
 meritis qz xpm ip̄i nō occiderūt vel d̄p
 nauerūt sed obseruatores essent legis
 mādator. p̄pter que oīa volebāt se gē
 tily p̄ponere. Dixit Scimus autē qm̄
 quocūq̄ lex i psalmista in isto loco loquitur
 hīs qui in lege sūt loquitur i iudeis lege

habentibz. Ideoq̄ nō debet glāri in sua
 iusticia iudei nec se p̄ferre gentily. Sed
 potius eos se intelligētes subdere se debet
 deo cuius grā vocati sūt sicut et gētes
 que reuera p̄tōres existūt sc̄pte et na
 turalis legis p̄natores existentēs.
 Ihesi dicit aplūs. Quidē nolite glāri
nolite vos extollere aduerso gentiles
 qz ista d̄ q̄ dixi de psalmo ad nos p̄tālī^r
 p̄tinent. Vobis em̄ loquitur lex q̄bus data
 est. ut om̄e os obseruatur et subditus
 fiat oīs mūdo deo. Ihesi dicit alibz v̄bis
 Parto dicit lex psalmoz qz non est
 iustus quisq̄. nō est qui faciat bonū. ut
 om̄e os iudeoz et gentily claudatur. ne
 quis possit glāri suis meritis se esse sal
 uatū nisi grā dei. qm̄ om̄s p̄tōres sūt
 m̄uenti et grā dei sūt saluati nō suis
 meritis. Subditz debet esse oīs mūdo
 deo reatū suū agnoscendo et medicina
 saluis q̄rendo. Lex itaq̄ iudeoz est
 p̄p̄e. sed extenditur etiā ad gētiles q̄
 ad alienos. Et ip̄i em̄ dixerūt ydola
 colentes. Nō est deus s̄z p̄ter illos quos
 colunt et venerant. Quia ex opibz legis
 nō iustificatur oīs caro corā illo. Lex
 moysi bifaria diuiditur qm̄ in mystēris
 et p̄ceptis cōtinetur. Scdm̄ mystēria et
 sacramēta cessant aduēniente xpo qz
 finis sine sine cōpletio legis xps est. Scdm̄
 p̄cepta autē adhuc manet qz seruādū
 est. nō adorabis deos alienos. honora p̄rē
 tuū et cetera p̄ceptoz dicta. Ergo ex a
 opoz legis. i. ex carnis carnali
 ex sabbati custodia. ex victimis legalibz
 nō iustificabitur post dñi aduēntū oīs
 caro. i. oīs homo vel oīs carnalit v̄uens
 et carnalit ea obseruās qz oīa xpo ad
 uēniente velut umbra cessauerūt. Lex
 em̄ et p̄phete usq̄ ad iohānē. Aliter legis
 opus est. honora p̄rēn et matre. Alibi
 dī. Qui maledixerit p̄i aut matri
 morte moriatur. Et iterū. Nō occides.

Cum autē occiderit morte moratur. Si
quis hec pcepta ppter penā quam
immatur et vndictā vel pntes honōra
uerit vel nō occiderit et nō ppter amore
dei vel iusticiā hec potius obseruauerit.
hōibz quidē iustus videtur dū non
cōmittit vnde occidi mereatur tamē
apud deū satis iustus nō est dū bonū
pceptū eius ex nēitate et nō amore
pbatur implere. Ergo nō iustificatur
corā illo. qz licet iustus videatur corā
hūano oculo tñ in cōspectu diuine ma
iestatis minū iustus habetur. Hic autē
qritur. Nūquid moyses. ioseph. dauid.
aliqui qz plures ex lege nō fuerunt
iustificati? **Fuerūt iusti. sed nō ex opibz**
legis. Vñ petrus. Quid tēptatis deū.
ipponere iugū legis sup ceruices fratru
credentiū. quod neqz nos neqz patres
nostri potuimz portare? **Sed p grām**
dei credimz saluari q̄admodū et illi
Sicut ergo nos nō saluamz p grām
dei in fide dñi nr̄i ih̄u xp̄i. sic et illi
saluabatur p eandē grām et p eandē
fidem. qz **credebāt in filiū dei quē**
expectabāt saluatōrē quē iam nos
accepimz p̄piciatōrē. Et q̄re non ex
opibz legis? Qm̄ impossibile erat s̄a
gumē hircorū auferri pctā et q̄sqz
opatur iusticiā et in ea cōfidit cōtra
deū tumēdo supbit. **Lex ergo nō venit**
pctā tollere. sed ostendē et p̄nire. p
legē enī cognitio pct̄i. Nūquid ante
legē cognoscebatur pct̄i? Et si per
ctā nō cognoscebatur. q̄re ioseph licet
iniuste missus est in carcerē? Nūquid
nō accusatus est de crimine? Et fratres
autē nūquid cognoscebāt pct̄i. qm̄ dix
erūt merito hec patimur qz peccauimz
in fr̄m nr̄m. Cognoscebatur ergo pct̄i
sed quātū malū esset et quā vndictā
iuste expetēt ignorabatur. Igit̄ p legē
maior cognitio peccati est q̄ ante legē

qz lex dicit nō occides nō adulterū fa
cies. Et cognitio etiā penę ip̄ius peccati
p legē ostenditur q̄ mōstrat quō pct̄i
puniri debeat dicens. Si q̄s hoc vel illud
fecerit occidatur. **Et etiā ita intelligi.**
qz erat quedā mala que nō cognos
cebatur esse peccatū. sicut concupia
erat. de qua alibi idē ap̄l̄s ait. Nam
cōcupiam nesciebā esse pct̄i. nisi lex
dicit. nō cōcupisces. **Nūc autē. idē**
in dñi aduentu et in p̄nti tpe iusticia
dei manifestata est sine lege. Iusticia
dei in p̄nti tpe sine lege manifestata
est. nō ea solūmō qua ip̄e iustus est.
aut qua iustificatur qui cōcialiter
iusticia ē. sed qua induit impiū qm̄ mi
sericorditer de infideli facit fidele. de
adultero et fornicatore facit castū et cō
tinentē. de iniusto et pctōre facit iustū
et amatōrē virtutū. Que iusticia est
in xp̄o reuelata et data sine lege r
sine obseruatōe legali. qz nulli lex
sedm̄ iusticia et sacrificia traditur
iā obseruāda. Sed d̄r qui crediderit
et baptizatus fuit. saluus erit. hoc est
iustus erit. Possimz etiā ipsam
iusticiā dei p̄ris filiū appellare a
quo et p̄ quē iustificamur qz sine
obseruatōe legis p̄ opa dimitatis
manifestatus est filius dei esse. Testis
cita a lege et p̄phetis. Iusticia bap
tismatis qua iustificamur. Testifica
tur p̄ legē dñi d̄r. Ip̄e iniquitates
nr̄as portabit et pctā nr̄a ip̄e tollet
Et alibi. Effundam sup vos aquam
mūdā et mūdabimini ab omnibz
iniquitatibz v̄ris. Ip̄e quoqz xp̄s
iusticia nr̄a testimonia habet a lege
et p̄phis. Iusticia autē r̄ iustificatio
qua iustificamur a deo sup om̄s
iudeos et gentiles credētes venit p̄ fide
ih̄u xp̄i qua credimz illū esse filiū
dei p̄ris. Reddētqz t̄mp̄i q̄re dixit

Ab
In nouissis diebz occidet dñs cor tuū
r̄ auferet pctā tuā et iustificabit te p̄
baptismū. Testificatur et p̄ p̄phetas. dñi
dicitur. Ip̄e iniquitates r̄. +

sup om̄s qui credunt iusticiā dei ven-
 turā cū pting subdit Non est em̄
distinctio i nulla est differēcia int̄
uideos et gentiles. qz ut iudei pctō-
 res fut inveniēti ita et gētilēs. Vñ
 et sc̄atur. Om̄s em̄ peccauerūt et
egent gloria dei i indulgēcia et
 vema pctōz indigent om̄s tam iudei
 q̄ gentiles pro qua glorificādy est
 deus. Iustificati gratis p̄ grām ip̄s
p̄ redemptionē que est in xp̄o ihesu.
 Gratis dicit i sine vllis p̄cedētibz
 meritis. Vbi grā. Venit quibz ad bap-
 tismū. nichil boni vniqz fecit bap-
 tismū est statimqz iustificat. Ecce ḡtibz
 iustificatur p̄ grām i p̄ dñm dei et
 p̄ hoc p̄ redemptionē que est in xp̄o
 ihu nō in opibz legis. Redemptio m̄ra
 qua sumz redempti et p̄ qua iustifi-
 camur passio xp̄i est. que iūcta
 baptismo iustificat hōiem p̄ fidē et
 postmodū p̄ p̄mām. Ita em̄ mutuo
 illa duo sūt cōiuncta vt vñ sine al-
 tero nō possit hōiem iustificare. Nā
 neqz fides dñice passionē purificare
 hōiem valet. Iugantur ergo simul que
 p̄stāt p̄fectā redēptōem p̄fectaqz m̄-
 datōem. Ita neqz iudeus neqz gentilis
 suus iustificatur opibz. cū vterqz sit p̄ua-
 ricator sue legis. vidēz iudeus nālis et
 septe. gentilis autē nālis s̄ redēptione
 qua xp̄s nos redemit suo sāgne et fide
 et aqua baptismatis qua quibz renat̄
 si statim obierit saluabitur in vita. Si
 aut vixerit ornare debet fidē opibz.
 qz fides sine opibz ociosa est. et talēs
 cōfitentur se nosse deū factis aut negāt
 Notandū vero qd dicit p̄ redēptōem que
 est in xp̄o ihu. Nā p̄ redēptōem captiui
 redimūtur qui ab hostibz captiuātur
 Quo ergo hō captiuari potuit cū deus
 vbiqz sit. Sed captiuat̄ est aīo a dyabolo.
 qñ illi se subdidit p̄uicādo legē dei
 sine aq̄ baptismatis hōiem m̄dat nisi
 forte in martirio qd̄ pro baptisate
 accipitur. neqz aqua baptism sine fide
 dñice passionis purificare.

et qñ vicis et ydolis cepit seruire. Her
 autē captiuitas soluta est. dū animz ad
 deū redit. et se infirmū illiqz medicū
 intellexit. p̄fectaqz redēptio in effusione
 sanguis xp̄i patuit. Quē p̄posuit deus
pater p̄piciatorē p̄ fidem in sanguine
ip̄s. filiū suū p̄posuit deus pater i
 decreuit et p̄firmuit p̄piciatorē et redē-
 ciatorē vt ip̄e nobis p̄piciū faceret
 deū patre et placabilem p̄ fidē passio-
 nis sue. Vel in promptu ante oculos om̄i
 posuit ut om̄s saluaret in se credētes qz
 dū in eū credimz. et eius sanguine pro
 nobis fusū cōfitemz. sine quo purifica-
 nō possumz. ex integro iustificamur
Ad ostensionē iusticie sue. subaudiēte
 rioribz in hoc t̄p̄e i in nouissima etate.
 Iusticia in hoc loco duplici mō accipi p̄t.
 vidēz ut ip̄e xp̄s qui iustificat nos
 vel iusticia qua iustificat deus pater
 credētes in filiū suū. Ostendit ergo ma-
 nifeste deus pater iusticiā suā i filiū
 suū qua nos iustificat in effusione san-
 guis filii sui in hoc t̄p̄e i ab aduentu
 illiqz usqz in finem seculi. qz nisi nos
 iustificare voluisset. ad mortē filiū suū
 pro nobis nō traderet qui nō fecerat
 vllū pctm̄. P̄posuit etiā illū venire
 et pati. propt̄ remissionē p̄cedētū
delictorū i originalū que ex p̄ntibz
trahimz anteqz nascimur. Vel om̄i
 pctōrū que cōmittimz ante baptismū
 vel etiā subsequentiū post baptismū
In sustentationē dei i ad paciām dei
 manifestandā. qui cū peccemz non
 statim p̄imimur. sed eius paciā atqz
 sufferēcia ad p̄mām expectamur. Que
 sustentatio nisi in deo cēt. in p̄mo hōie
 finis hōim p̄ iudiciū fuisset. Ad osten-
sionē iusticie sue in hoc t̄p̄e subau-
 diendū nouissimo i ad hoc p̄firmuit
 p̄piciatorē fieri nobis filiū suū vt suā
 iusticiā ostendēt p̄ illū et unāam qua

nos expectat ad p̄nam. Ut sit ip̄e iusto
Iustus est qui qd' p̄mittit tribuit Ita
et deus pater p̄mittit nobis filium suum
et in eo iustificatōem qd' vniqz adimpleuit
mittens illū in mūdū p̄ incarnatōis
mysteriū. cuius passione fide iustificamur
abluti aqua baptismatis. Vñ sequitur.
Et iustificans illū qui ex fide est ih̄u
xpi. hoc est quolibet hoīem fide ih̄u
xpi habentem. nō tñ p̄ opa legis iusti-
ficat illū. sed p̄ fidem ih̄u xpi. qm̄ al-
absqz eius fide nō valeam iustificari.
Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa
est. Iudēū alloquitur et cōfirmat qd' nō
valet quisqz p̄ opa legis iustificari et
dicit o iudex qui nimis opibz glariis
vide iustificatōes sine fide dei esse nō
posse. Quare? Quia exclusa et p̄cul-
abreata est lex carūcipibz sacrificiorū
in qua glariaris. p̄ quā legem s̄z ex-
clusa est. Interrogat iterū iudēū. vt
cōsideret p̄ quā legē exclusa est lex
in qua glabatur. Interrogat etiā adhuc
Factorū. r̄ nūquid p̄ legē factorū
exclusa est. ut alia lex p̄ ipsa data
sit que siliter in opibz carnalibz con-
sistat. Nō. Sed p̄ legem fidei. r̄ nō
p̄ legē factorū exclusa est. sed p̄ legē
fidei et nouū testamētū. qm̄ nō iubet
deus ut carnaliter carūcipiamur. sed ut
in fide recta baptisemur vbi gratis
cūcta dimittuntur pctā. Dū em̄ dixit
p̄nam agite appropinquabit em̄ regnū
celoz. Nō aut. seruate legē carnalem.
Arbitramur r̄ iudicamz desimz sine
testificamur. iustificari hoīem xpi p̄
fide xpi. in baptisate sine opibus
legis r̄ sine carnalibz obseruatōibz
Arbitrari est p̄rie iudicare vel testi-
ficari. Vñ arbitri dicuntur iudices et
testes. Duobz modis iustificatur homo
p̄ fidem xpi. Vbi grā si fuerit sine
opibz bonis ante baptismū in ipso

baptisate iustificatur. Aut etiā post
baptismū sine legis opibz que iā
nō sūt obseruāda iustus habetur si
tñ p̄cepta diuina custodierit. Iudēis
glantiabz et dicētibz. Deus vero et vniqz
iudeoz tñ deus est. quibz legē dedit
et de quibz d̄r Notus in iudea deus.
Aut ap̄tus An iudeoz deus tñ. Nōne
et gentiū. r̄. nūquid solos iudeos crea-
uit? ut de illis tñ carā gerat. Imo
et gentiū r̄ multo magis gentiū deus
est. videlz qz multi crediderūt deo et
placuerūt ex gentilibz anteq̄ iudei in
abrahā fuissent electi. et in sortem
dei assumpti. sicut Abel. noe. Seth. et
Iaphet. et alii q̄ plures quos scriptura
cōmēorat. vel quos etiā recitat. Sine
in hoc mūdo magis est deus gētiū
qm̄ multo plures credūt in eā ex gē-
tily q̄ ex iudeis. Nā p̄ ip̄e sit deus
gentiū Ih̄emas manifestat dicens.
Deus non timebit te o rex gentiū.
Quāquidē vniqz est deus qui iustifi-
cat circūcisione ex fide. et nō ex op-
ibus. vocatos vñ ex iudeis q̄ circūcisio
appellatur p̄ter abrahā qui p̄m̄qz
accepit eam de cuius stirpe illi descen-
derūt. et prepuiciū p̄ fide. r̄ ardentes
ex gentilibz qui a iudeis p̄puciū vocabat̄
Et dicit ex fide r̄ et p̄ fidem qz ap̄le
sepe mutat p̄positōes in vno sensu. Legē
ergo p̄ceptorū qua d̄. Diliges d̄m̄ deū
tū et audi istl̄ deus vniqz. Destruimz
p̄ fidem et nouū testamētū. Abfit.
p̄tercauet in hoc loco ap̄tus estātoem
iudeoz. Sed legem s̄z p̄ceptorū statumz
r̄ cōfirmamz et laudamz et a deo datā
dicimz. Vel etiā ḡualiter om̄em legem
statumz nos strām esse qz a deo data
est que obseruāda fuit sub t̄pibz sed
iā cessauit in mysteriis manet tñ in
p̄ceptis. Vel statumz eā p̄ fide quia
qd̄d illa p̄mittit de xpo nos cōfirmamz

verū et cōpletū esse. Et credimus in
 illa illū quē illa p̄misit sicut est illud
 p̄pheta suscitabit vobis deus & scribas
 vestras. Et itez Mō deficiet p̄ncip̄s ex
 iuda donec veniat qui mittendus est
 et ip̄e erit expectatio gentiū in quē
 mō gētes credūt. Capitulum quartū

Quid ergo dicemus inuenisse
 abrahā s̄dm carnē r quid
 boni p̄meruit abrahā p̄pter
 circūcisionē carnalē? Nichil. q̄ nesciū
 erat circūcisus q̄n placuit deo et audire
 meruit. Exi de terra tua et faciā te in
 gentem magnā. Et qd' manus fuit de
 xpo in femine tuo benedicetur om̄s
 gentes. Si enī abrahā ex opibz iustifi-
catz est habet gloriā s̄dm non
apud deū. Quidā codicis habet. ex
opibus legis. sed falso scriptū est. Nō
enī lex adhuc data erat. Nisi forte ita
sit intelligendū ut dicatur ex opibus
legis postea date. Et est sensus. Si abra-
ham ex opibz suis iustificatz est sine
fide et sine grā dei se p̄ueniente habet
quidē gloriā et laudē apud se in p̄nti
et apud hoīes eo q̄ iustus fuit p̄ se. A-
puđ deū vero nō est laudabilis neq̄ est
in futurū. Quare? Quia sin fide ip̄ossi-
bile est placē deo. In se ergo et apud
hoīes habuisset glām abrahā et laudē
pro suis opibus si iustificatz fuisset
sine fide sine opibz. sicut ille pharisaez
glabatur qui cū publicano in templū
ascenderat. Fuit opus abrahe circūcisio.
Fuit vtiq̄ ob signū magne fidei sue. sed
anteq̄ circūcideretur a deo electz est.
Ideoq̄ nō ex opibz iustificatz sed p̄ fidē.
Sequitur. Quid enī scriptura dicit.
Credidit enī abrahā deo. dedit enī p̄ce-
ptis illius. q̄ exiit de terra sua
et de p̄missione isaac et xpi credidit
qd' ei dixit deus. In femine tuo bene-
dicentur om̄s gentes. Et q̄ credit

reputatū est illi. s̄z opus credēdi ad
 iusticiam r ad remissionē pctōz. q̄
 p̄ ipsā fidem qua credidit iustus ef-
 factus est. Postmodū aut circūcisionē
accepit in signū sue iusticie q̄ iusti-
ficatz fuerat p̄ fidē. Et autē q̄ opat
merces nō imputatur s̄dm grām. sed
s̄dm debitū. Ex huana cōsuetudine
sumit exemplū q̄n operatibz s̄dm me-
ritū dāng mercedem et nullā nobis
agunt graciā. Nō opantibz vero si
dāng aliqd' beneficiū nō est merces
sed grā. Ideoq̄ glāmur sine grāmur
ab illis. Et est sensus. Si abrahā
p̄pter opa sua posset iustificari sine
grā dei se p̄ueniente et sine fide que
eciā illi gratis data est nō esset ei
p̄mū iustificatōis gratis datū sed
debitū esset. Vel si alii iudei suis opibz
fuissent iustificati vnde referret deo
grās. Et vero s̄z gentili qui nō opat
opa legis. credenti autē in eū. r in deū
qui iustificat impiū. nō p̄ opa. sed
p̄ fidem et sine p̄cedētibz meritis ex
impio et pctōre facit p̄m et iustū
reputatur. fides eius ad iusticiā r ad
remissionē. s̄dm p̄positū gracie dei.
hoc est s̄dm decretū iusticie et mi-
sericordie dei. nō s̄dm meritū q̄ de-
creuit gratis pctā dimittere. hoc
intelligendū est de gētilibz. qui ante
fidem nulla habuerūt opa legis. et
tū sicut iudei cōuersi iustificantur p̄
fidem xpi sine opibz legis ita et isti
Et bene dicit s̄dm p̄positū sine decretū
gracie dei. q̄ ante mūdi cōstitutōem
cū homo adhuc nō esset decreuit pater
deus cū filio suo saluare gēng hūmā
nullis p̄cedētibz meritis. In idē apls
alias dicit. Sicut elegit vos in ip̄so
ante mūdi cōstitutōem. Volens ergo
ap̄lus ostendē iusticiā r iustificatōem
qua iustificatur hoīes sine opibz legis

et meritis suis testimonium psalmi ponit
in quo predicabatur quod in adventu christi
iudei et gentiles essent salvandi. Dicit
enim Sicut et david dicit. beatitudinem
hominis describens cui homo accepto deus
fert iusticiam sine iustificatorem. sine
operibus legis. Potest et ita dici sicut et
david dicit beatitudinem hominis esse. Quod autem
dicit accepto fert iusticiam adubrialiter
dicit accepto et libenter tribuit. Vel iuge
dui ita cum subauditore cui accepto
a se et electo et dilecto tribuit illi iusti-
ciam. Dicamus et tertio modo. Invisitatus
enim modus locutionis est cui deus accep-
to fert iusticiam et cui deus acceptam dat
iusticiam vel acceptabilem habet sine operibus
legis. Beati quorum remissa sunt iniquita-
tes. et omnia peccata in baptismo. et quorum
tecta sunt peccata per penitentiam post bap-
tismum. Res tertia et coopta non videtur.
et nos tunc tegimus peccata. quoniam malis bona
opera iusticie supponimus. penitentiam
videlicet de peccatis agendo dignam. Hoc
autem distat inter iniquitatem et peccatum ut
quidam doctores dicunt quod iniquitas sit
ante legem. peccatum post legem. Vel iniquitas
cogitacionem. peccatum sit opus. Quidam etiam
dicunt iniquitatem esse quod contra legem
committitur. peccatum quod contra naturam et
conscientiam. Sed hoc indifferet unum pro
altero sepe ponitur. Beatus vir cum
non imputavit dominus peccatum. Misericors
deus neque in baptismo deleta peccata
imputabit neque penitentia tecta si penitentiam
in fide. Vel hoc potest intelligi de martiribus
qui in suo sanguine baptizantur. et in
non martirio cuncta etiam donantur peccata
Vel certe de illis potest accipi qui post
baptismum multa commiserunt peccata sed
vehemente occasione necessitate. dum pro
christi nomine martirium sustinuerunt. in
non martirio dimissa sunt illis quoniam penitentiam
corpalem sustinuerunt. Beatitudo ergo

hec de qua preterea dicit in circuncisione
tunc manet an etiam in preputio. et pertinet
solummodo ad iudeos qui circuncisio appel-
lantur. an etiam ad gentiles qui preputium
dicuntur. Alla beatitudo qua peccata
sine operibus legis dimittuntur gratis
in baptismo et per penitentiam atque mar-
tirium tamen ad iudeos ad iudeos ad fide
venientes quod ad gentiles pertinet. Quia
gratia abraham licet non esset baptizatus
per fidem tamen cum esset in preputio iusti-
ficatus est. Unde subdit apostolus. Dic-
imus enim quod reputata est abraham fides
ad iusticiam. non circuncisio et hoc affir-
mans nos apostolus quod non propter circunci-
sionem carnalem sed propter fidem qua cre-
didit deo meruit iustificari. Quomodo
ergo reputata est abraham fides ad
iusticiam. in circuncisione. an in preputio.
Hoc est reputata est ei fides ad iusticiam
postquam est circuncisus an cum esset in ge-
nitilitate incircuncisus. Ipse sibi apostolus
respondet. Non in circuncisione sed in
preputio et non postquam circuncisionem
accepit reputata est ei fides ad iusti-
ciam. sed cum adhuc esset in preputio et in
gentilitate quoniam necdum erat circuncisus.
Ideoque antea erat iustificatus per fidem
quod circuncisus. Et signum accepit circun-
cisionis. signaculum iusticie fidei que
est in preputio. Ne diceret iudei super-
flue circuncisum esse abraham si per illam
non esset iustificatus ostendit illa circuncisio-
nem signum esse iusticie. non augmentum
ut significaret iusticiam christi que est
ex fide. Signum est quoniam in hoc quod vi-
detur et auditur aliud intelligitur
sicut dominus manifestat dicens. Generatio
hec signum querit. et non dabitur ei
nisi signum ione prophete. Sicut fuit
ionas in ventre ceti tribus diebus et
tribus noctibus. sic erit filius hominis in
corde terre. Ecce quod signabat ionas

veratus. Ita quoque circumcisio abrahe
 fidem illius significabat quam habebat
 in corde et qua meruit iustificari. Nam
 circumcisio est expoliatio infidelitatis
 et victoriarum abolitio. Distat vero inter
 signum et signaculum. Quia signum aliud est
 et aliud significat. Signaculum autem
 quod alicui rei ad hoc imprimitur ut
 lateat quousque ab illo respectur a quo
 imprimitur. Ita et illa circumcisio signa-
 bat iusticiam fidei que erat in abraham
 et latebat ibi sub signaculo vera cir-
 cuncisio qua christus qui ex eius genere
 erat nasciturus per baptismum gratiam
 suos fideles a cunctis peccatis petitorum
 erat circumcisurus. In die quoque iudicium
 ab omni mortalitatis fragilitate et cor-
 ruptiois fere est mundaturus. In hoc
 etiam quod octava die fiebat signum dicitur
 resurrectionem que octava die celebrata
 est. Nam et ipse christus signabatur in
 circumcisio peritino quo circumcisio pa-
trabatur. Fuit preterea iudeis in signum
circumcisio data quo cognoscere eorum
genus et promissione non confunderetur
dominus inter gentes multas habituaret vel
dominus inter gentes multas duceretur
et ignoscere quod de genere abrahe
descenderet christus ac tam dominus mansit
in tipo et figura quousque veritate
complectitur adveniente christo remoto sig-
naculo sub quo latebat et eade circu-
ncisio carnali penitus ablata erat
etiam in signum esse iudeis ut quousque
in pharaone et alios perire debent et iudei
relinquuntur ex circumcisionis signo no-
tati sepulture mandarentur Signum
ergo inquit accepit circumcisionis ob hunc
causas quas divinus que circumcisio sig-
naculum fuit iusticie fidei que est in pre-
missio quod ante est iustificatio per fidem
quam circumcideretur Iusticia etiam fidei

De qua promissa fidem habuit et per eam ius-
 ticiam promeruit qua iustificatus et
 mundatus est ab omnibus peccatis. Nam in
 gentilitate sine promissa posita fide
 est iustificatus. Et reddit causa que
 hoc ut sit pater omnium credentium per
 promissam. Per fidem quam habuit in pro-
missio pater est omnium credentium tam iudeorum
quam gentium illa carne per est iudeorum
non credentium fide aut omnium credentium
iudeorum et gentium quam fidem quam
credidit dominus in abraham deum omnipotentem
esse et trinitatem habere in personis
atque unitate in se ipsa quousque ex heredi-
tate paterna retinet omnes credentes.
Ex qua re sunt omnes credentes filius
abrahe per fidem. Ut reputetur eade
fides et illis ad iusticiam sive ad iusti-
ficationem et credentibus ex gentibus vel
promissio que accidit abrahe dominus adhuc
est in gentilitate. Sicut enim abraham
antequam circumcideretur fidem habuit quam
pater est credentium et postea genuit
isaac ex quo est pater iudeorum. Sic
potius est pater spiritualium quam carna-
lium. Et ita factum est ut sit pater
gentium per fidem et pater circumcisio-
is iudeorum credentium et non credentium
per carne. Non hinc tamen qui sunt ex
circumcisione sed et hinc qui sectantur
vestigia fidei que est in promissio pre-
missio abrahe. Ac si diceret alios verbis
non illis tamen iudeis abraham est pater
vel reputatur fides abrahe ad iusti-
ficationem qui descenderunt de pro-
genie illis postquam circumcisionem accepit.
sed et hinc sunt gentilibus qui sectantur
vestigia fidei quousque promittuntur ex empla-
fidei illis que data est et cum adhuc
esset in gentilitate que promissio appel-
latur. Non enim per legem in promissio
abrahe aut semini eius et per christo data
est ut heres esset mundi sed per iusticiam

fidei quā habuit anteq̄ circūcideretur
et anteq̄ illā p̄missione acciperet
Ideo p̄ legē non est facta vel data pro
missio abrahe q̄ dictū est illi. patre
multarū gentiū posui te. et in semine
audis sicut postulo ego te fruar
in dño Frui est cū delectatione
et dilectione vti et possidere vnde
dicitur in lege Si nō feceris que
tibi sūt precepta generabis filios
et nō frueris illis hoc est cū delectatione
et dilectōe nō videbis
illos qm̄ raptiū ducētur corā te
Ego inquit te fruar in dño hoc
est delectabor in dilectione tua.
Resice viscera mea in dño. id est.
filiū meū onefimū vel intermū

amorē et affectū dilectōis mee Confidens
in obediā tua scripsi tibi sciens
qm̄ et super id qd̄ dico facies Qui
 presumit de illo quē rogaturus
 est ipsā quodāmodo presumptionē
 precūdicat ne ei negare liceat qd̄
 rogatur. Simul autē et para-
michi hospiciū Spero em̄ porōnes
 vras me donari vobis Idcirco pre-
 cepit hospiciū parari ut audiens
 cum ad se venturū philemon
 indulgeat ut dū eū expectat fa-
 cilius faciat qd̄ rogatus est Et
 qz ubiqz aplūs erat multitudo
 ad eū cōfluebat necesse erat ut
 magnā domū haberet q̄ remota
 esset a tertio teatro et spectaculo
 ubi lasciuū decurrentes turpia
 quoqz sectabātur. Salutat te epa-
fras cōcaptiuus meus in xpo ih̄
iesu Iste epafiras p̄dicator evā-
 gelii existens adhecebat ap̄lo et
 fortassis cū illo erat cōcaptiuatqz
 ab iherusolimīs romā vel crete et
 cū illo tenebatur in carcere. Mar-
tus est ip̄e qui evāgeliiū scripsit
Demas ip̄e est de quo alibi scribit
 Demas me reliquit. Lucas ip̄e est
 scriptor evāgelii actuūqz ap̄lorū de
 quo in alio loco dicit an̄si cū illo fratre
 cuius laus est in evāgelio Et sicut
 apli de piscatoribz pisciū facti sūt
 piscatores hom̄. ita hic de medico
 corporū in medicū cōuersus est cūqz
 quocensūqz em̄ dicta illig legūtur
 medicinā prestant intelligētibus
Gracia dñi nr̄i ih̄esu xp̄i sit cū
sp̄i vro Amen Grā hic accipitur
 fides et remissio peccōz et donū
 sp̄is sancti quē orat aplūs esse cū
 sp̄itu eoz quibz ista scribetur

De sp̄itu autē animā siue etiā
 rationabilitatē possumus intelligere
 Cū em̄ in aīa siue in rationabilitate
 gracia diuina fuerit totū hoīem re-
 plet faciens eū sp̄iale ut adheceat
 dño mente et corpore et impleat illud
 qd̄ scriptū est Qui adheceat dño
 vnus sp̄s est. Deo grās

Explicit eplā b̄ti pauli apli
ad philemonem

Dequitur eplā ad hebræos

In primordis huius
 epistole dicendū est
 que causa extiterit
 qz aplūs paulus
 morem suū in hac
 eplā nō seruauerit Vt ut vel voca-
 bulū nōis sui vel ordm̄is nō describeret
 dignitatē Hec igitur causa extitit
 qz nōie suo eam nō intitularit quia
 iudeis scribebat suis fratribz quibz
 odiosus erat eo qz circūcisionē et sabbatū
 et sacrificia ceteraqz que lex p̄cipit
 obseruāda ip̄e doceret nō debere carna-
 liter obseruari post dñi passionē vel
 ascensionē Nā illi qui crediderūt
 iudei contēdebant vtrūqz teneri bap-
 tizari s̄z sc̄dm grām evāgelii et
 circūcidi sabbatū quoqz sc̄dm legis
 p̄ceptū obseruari Quap̄pter si po-
 sisset nomen suū apl̄s in exordio
 huius epistole poterat euenire ut eis
 enuili nomē illius p̄ma fronte legētes
 dedignarētur eam recipere sicqz vti-
 litas leōnis differeretur. Nomen
 autē apostolatus idcirco nō posuit
 qm̄ ip̄e aplūs gentiū cōstitutus si
 nōie aplatus sui p̄titularet eplām
 ad eos directā vocans se aplm̄ vide-
 retur illis fortasse qd̄ se vellet p̄ferre
 ap̄lo petro qui p̄recept̄ illorū erat

a dño ordinatus **V**icut idem egregio
 predicator alio in loco dicit **C**ui opaty
 est petro aplo in aplatu circūfionis
 operatus est et misit michi inter gentes
 fortassis etiā diceret **Q**uod est hoc qd
 paulus doctor gentiū prefert se aplis
 nostris petro et iacobo. scribat suis gen
 tibus nō indigemus ut scribat nobis.
 habemus em aplōs nobis a dño consti
 tutos. qui nos habunde possunt docere
Quo facto ostēdit se nō ignorare
 corū superbiā pariterq; et suā exhibuit
 hūilitatem **S**ili modo etiā et iohānes
 aplis causa hūilitatis eiusdēq; ratiois
 nomen suū in eplā pretermisit **V**el
 certe dicūt quidā qd p̄terea qz xp̄m
 erat in hac eplā aplm nōiaturus
 dicens **H**abemus pontificē et aplm
 cōfessōis ihesū iustū. noluerit nomē
 aplatus sui in p̄ordio huius epistole
 ponere **N**ō em congruū duxit ut vbi
 xp̄m diciturus erat aplm. imbi etiā
 aplm se nōiaret maximeq; in titulo
 ne videretur cuilibet se p̄ferre. xp̄o.
 sed maluit tacito noīe de figuris
 legis eos instruere et ad veritatē que
 xp̄us est **p**romovere p̄ducere **H**anc
 autē quidā dicūt esse barnabe. &
 quidā luce. quidā clemētis dicētes
 qd si pauli esset utiq; more solito sicut
 in aliis ita etiā in isto nomē suū
 p̄poneret **S**ed si pauli nō erit qz eius
 noīe nō est titulata. ergo nec barnabe
 nec luce neq; clemētis aut alicuius
 erit eo qd nulliq; noīe p̄titulatur **C**ui
 ergo horū ascribenda est. utiq; egregio
 p̄dicatore **C**umpe que lucido sensu et
 genere locutionis cōprobatur illius
 esse qd qui subtiliori apertioriq; stilo
 cōprehensa sit oībus eius eplis **N**am
 fertur aplis hanc hebreis missam

ad p̄
 m̄
 missā



hebreo sermone conscripsisse **I**n quo
 ip̄e peritissimū extitit. cū reliquas
 greco sermone scripserit **P**ost disces
 sum vero apli lucas euāgelista gre
 co sermone eam apprehendit. ex quo
 postmodū translata est in latinam
 linguam sicut et relique **C**aplin
Multipharie **p**rimū
 in multisq; modis
 olim loquens deus pa
 tribus in p̄phetis nouis
 sine diebus istis locutus
 est nobis in filio **O**m̄is intentio v̄ri
 apli in hac eplā est ut iudeos cog
 natos suos. qui et hebrei ab hebre
 appellabātur in quo assigti sūt a lege
 moysi transire faciat ad gratiam
 euāgelii. ab obseruatione carnali ad
 sp̄ualē simulq; eminentiā gratie
 que p̄ filiū data est fidelib; **D**isces
 ut a legalibus v̄mbrib; q̄ angelicis
 ministracionib; exhibite fuerūt **V**nde
 et primū ponit p̄phetas diuersis mo
 dis variisq; locutionib; patribus
 fuisse locutos dicens **M**ultipharie
 multisq; modis & multis locutionib;
 multis qualitib; olim in p̄terito v̄ri
 t̄p̄e loquens deus pater p̄ p̄phetas
 patrib; n̄ris **D**em̄de ut ostenderet
 quāta differētia esset gratie inter
 illos et patres illoz subiūxit **N**ouissimē
 diebus istis v̄t̄ime etatis locutus est
 nobis in filio **D**icendo autē locutus est
 in p̄phetis et in filio tantūde valet
 quasi dicit **P**er p̄phetas et p̄ filiū.
 qz in illa p̄posito pro alia p̄positioe
Per accipitur sicut in multis locut
 eplē inuenitur h̄is p̄positionibus
 indifferente v̄t̄ **C**onsideremus ergo
 quomō multis locutionib; multisq;
 qualitib; locutus sit deus pater

patribus veteris testamenti multis
 locutionibus multisque qualitatibus
 locutus est eis quia non semper uniformiter
 secreta sua eis reuelavit Aliquam
 enim aperte per angelum locutus est eis ut
 abrahe Cui dixit secundum hoc tempus
 venam erit sine filio eius quocumque
 precepta legalia dando non occidit non
 adulterium facies ceteraque huiusmodi
 loquitur quoque de sodomis cum educendo
 aliis que pluribus Aliquam vero obscure
 et per enigmata ut moysi cui dicit
 Ego sum qui sum hec dices filius israhel
 Cui est misit me ad vos Aliquam in
 habitu militis ut iesue Aliquam in corde
 ut dauid Cui dicebat Audiam quid
 loquatur in me dominus deus Ceterisque
 prophetis Aliquam per sompnum ut danieli
 quod genus prophetie est Nouissime autem
 in fine temporum locutus est nobis
 apostolis suis ceterisque credentibus per filium
 suum Et est sensus Patribus nostris
 ut pote seruis locutus est Olim per
 seruos angelos et per seruos illorum propheta
 tas Nouissime autem diebus istis vlti
 time etatis locutus est nobis apostolis
 omnibus aliis fidelibus per filium ut pote
 filium Nam quanta gradus distantia est inter
 gratiam euangelii que per filium data est
 et legem que per seruum administrata
 est tanta differentia est etiam inter
 ministros et auditores legis quam serui ad
 seruos missi sunt et inter promissionem
 et gratiam que per filium data est filius
 aut postmodum per filios filius admini
 strata est Sequitur Cum
constituit heredem vniuersorum heres
 dicitur ab herede in domino eo que libera
 potestate in hereditate paterna
 dominetur Constituit ergo deus
 pater filium suum heredem vniuersorum

Hoc est totius mundi seu omnium creaturarum
 Non enim secundum diuinitatem qua coeternus
 est patri et coequalis illi in potencia
 deitatis et in qua eternaliter ipse pos
 sedit omnia cum patre Sed potius secundum huma
 nitatem a uerbo assumptam constitutus
 est ille dominus et heres super omnem creaturam
 Sicut illi deus pater promisit dicens
 Postula a me et dabo tibi gentes etc
 Et ipse filius resurgens a mortuis
 sic loquitur ex persona humanitatis
 Data est michi omnis potestas in celo
 et in terra Non ergo diuidimus personas
 sed distinguimus naturas Vnde aduocatus
 tendendum est solliciti indagare apostolum in
 epistola nunc de substantia humanitatis
 loqui nunc vero de substantia deitatis Nam
 dixit constitutum illi esse a deo patre
 heredem omnium creaturarum ad humanitatem
 illius retulit Volens autem discretionem
 facere inter diuinitatis eius naturam et
 humanitatis et ostendere quod proprie pertinet
 ad vnamquamque naturam submittit di
 cens Per quem fecit et secula Secula
 dicitur a sequendo eo per sequatur in semet
 redeundo aut reuertendo Hic autem per
 secula debemus intelligere omnia que facta
 sunt in tempore Ut ergo ostendat apostolus
 eundem nouissimis diebus venisse in mun
 dum ac temporaliter hereditatem preposuisse
 qui ante omnia secula erat cum patre dixit
 Per quem fecit deus pater omnia que in tempore
 facta sunt Nam quod iohannes euange
 lista dicit Omnia per ipsum facta sunt et
 sine ipso factum est nichil hoc apostolus
 significauit dicendo Per quem fecit
et secula Referens hoc ad diuinita
 tem eius Deinde quasi quodam
 gradibus ascensionum elegantiter
 utens peruenit ad id quod omnibus huius
 maius est et insomuit dicens

Quantitas splendor glorie et figura
substantie eius Deus pater lux est
Sicut idē apłus ait loquēs de filio
Cui habitat inquit lucē inaccessibi
lem Et filius lux est et spūs sc̄s lux
est Et pater splendor Quomō autē
splendor pcedat ex splendore non
crescete numero impossibile est diffinire
Idcirco autē appellatus est filius splen
dor patris. quia sicut in igne tria
sūt inseparabilia Ignis vñ calor et
splendor et tamē splendore nobis
ostenditur ignis et calor. licet hu
mana nō sunt cōparāda diuinis
Ita natura patris et filii et spūs sc̄i
inseparabiliter cōiuncta et vnitā est
p̄ verbū quasi p̄ splendore dignatus
est semetipm ostendē Et insuper
mysteriū sc̄i trinitatis dicēte ip̄o filio
Ego et pater vnū sumus Et. Itē bap
tizate om̄s gentes In noīe patris et
filii et spūs sc̄i. Mirabili ergo mō
apłus vnā substantiā deitatis patris
et filii ostendit ut duas p̄sonas ape
raret in gloria et splendore p̄ splen
dore quippe vnitātē declarauit essē
essēcie cū deo patre In noīe autem
glorie p̄sonā dei patris expressit In
splendore autē p̄sonā filii Et sic est
filius splendor de splendore. sicut lux
de luce. Deus de deo. Lūmē de lūmine
principiū de principio Sequitur
Et figura substantie eius Quantiū ad
hōies pertinet aliud est figura aliud
est substantia Quia dū pingitur ymago
et figura alicuius hōis in pariete non
est illud figura qd̄ est substantia Apłus
autē figurā in hoc loco pro ip̄a s̄ba
et pro equalitate essēcie posuit Et
qd̄ hic dixit figurā alias dixit formā
inquens Cui cū in forma dei esset

nō rapinā arbitratus est esse se equa
lem deo sed semetipm emanauit
formā serui accipiens forma em̄ illic
et figura hic vnā declarāt equali
tate essēcie Xps ergo splendor patris
est. et figura substantie eius. qz p̄ illā
pater manifestatus est sicut ip̄e dixit
Pater manifestauit nomē tuū hōibz
Et equalis est illi in substantia dei
tatis Sequitur Portansqz oīa
verbo virtutis sue Dicendo potuit
facilitate cōmendi voluit exprime
posuitqz portans pro eo qd̄ est gube
nans et regens Verbū ego dei patris
oīa que fecit verbo virtutis sue portat
hoc est paciēcia vtutis sue et verbo
iussionis sue oīa gubernat et regit
Nō em̄ nimis est gubernare mūdū
q̄ creasse Nā in creando ex nichilo
substantie rerū producto sunt In
gubernādo vero ea que facta sunt
eo qd̄ ad nichilū redeūt cōtinentur
Ergo dū hec oīa reguntur et ad
inuitē sibi repugnācia coaptantur
magnum et mirabile virtutis dei iu
dicū demonstratur et declaratur Post
tantā diuine maiestatis in filio cla
ritate ad humilia incarnatoris eius
descendit pariterqz discernit et na
turā diuinitatis atqz hūanitatē dicēs
Purgationē peccatorū faciens. ad
hūanitatē illius pprie pertinet Cui
fecit purgationē peccatorū p̄ redēptio
nem vtiqz passionis sue et p̄ aquā
baptismatis Iuxta qd̄ iohēs in apo
calypsi sua dicit Lauit nos a peccā
tīs in sanguine suo Sedet ad dex
terā maiestatis in excelsis. Conside
randus est ordo verborū Primū s̄p̄e
phibuit purgationē peccatorū dñi passio
nobis promissē. ac demde dicit

Sedere illū ad dexterā maiestatis
 in excelsis. Nā xp̄us primū nos redemit
 sanguine passionis sue et sic post
 modū altitudinē celoz penetravit
 ubi nūc ad dexterā patris sedet. Sedere
 autē illius pro habitare et esse ponit
 isto in loco. Sicut et dextera p̄ honore
 et dignitate summa accipitur. Nā nō
 est putandū q̄ omnipotens pater qui
 sp̄s est misericors oīa replens
 dexteram aut sinistrā habeat sicut
 nos habemq. aut qd̄ ita sedeat in
 dextera illi filius eius sicut solent
 filii regū sedere iuxta p̄m̄m ap̄posito
 sibi solio. Sed ut diximus dextera pro
 gloria et dignitate accipitur. Siquidē
 et pater ad dexterā esse scribitur xp̄i
 ut in psalmo habetur. Dñs a dextris
 tuis cōsregit in die ire sue reges.
 Ambo ergo a dextris sunt. quia
 nichil est in diuinitate sinistrū.
 q̄ vnus est iā cū deo in gloria hō
 assumptus a verbo et quadraginta
 die exaltatus ad celestia. Quid
 ergo sedet ad dexterā maiestatis
 nisi ut dicatur habitare in pleni
 tudine paterne maiestatis. Et cū
 dixit in excelsis ostendit illū hōiem
 super oēm creaturā angelicam
 et humanā exaltatū esse. Vnde
 et subditur. Tanto melior ange
 lus effectus quāto differentius pre
 illis nomen hereditauit. Factū h̄c
 uel effectū pro suscepto debemq.
 suscipere. Tamq̄ diceret. Illis diffe
 rentius atq̄ excellencius nomen
 filiatōis hereditauit. Nā quāta
 distācia est inter nomē filii et
 serui. tanto ille maioris dignitatis
 est. pre angelis qm̄ ille creator
 scdm̄ diuinitatē dico illi creatura

Ipse quoq̄ homo in hoc est maior
 oībus angelis oīq̄ creatura q̄ po
 testas que erat in verbo ante oīa
 sc̄la requieuit in illo hōie assumpto a
 verbo ex tēpore conceptionis. Quāp̄t
 illi sūt m̄stri et famuli sicut in eius
 temptatione et passione in resurrec
 tione et ascensione declaratū est. Ille
 autē filius et heres pp̄rius existit qd̄
 et ap̄liis nobis inuuit dū dicentem
 subiungit. Cui em̄ dixit alq̄n ange
 lozū filius meus es tu ego hodie genui
 te. Subaudiis. Nulli angelozū hoc
 dictū est. hoc de verbo dei intelligendū
 est. qd̄ coeternū et cōsubstāciale est
 patri. Nō de qualibet creatura. li
 cet legamq. in libro job angelos appel
 latos esse filios dei. In genesi quoq̄
 filios sēdit. hoc vnq̄ quādo abusue
 fit. Et uando ego dixit ei filius meq̄
 es tu. Tempore baptismatis et in
 monte quādo intonuit vox paterna
 celitus dicens. hic est filius meus
 dilectus. Et in hoc qd̄ dicit filius meq̄
 es tu manifestat ex ip̄a sua essentia
 illū esse genitū. Notandū qd̄ quia
 nō dixit ante oīa sc̄la genui te. Vel
 in pretérito t̄p̄e sed hodie inquit
 genui te. qd̄ aduerbiū p̄ntis t̄p̄is
 est. In deo etenim nec pretērita tran
 seunt nec futura succedūt sed oīa
 t̄p̄a simul ei iūcta q̄ oīa p̄sentia
 habet. Et est sensus. Sicut ego semper
 eternus sū neq̄ incipiū neq̄ finem
 habens. ita te semp̄ filium coeternū
 michi habui. Tale est et illud qd̄ alibi
 dicit ante luciferū genui te. ante
 angelicā creaturā et ante oīa sc̄la.
Et rursum. Et ego ero illi in p̄m̄m.
et ipse erit michi in filius. Vides
 ne qm̄ ip̄e discernit genuinā naturā
 in xp̄o. Nā qd̄ dixit paulo superius

Hodie genui te ad diuinitatis refulsit na-
tura. **Ar** vero qd subiungit Ego ero illi in
patrem ad humanitatis refert essentiam
sine aliqua dubitatione vni et congrue
futuri tpris verbo vsus est ego ero. **quo**
modo quando deus pater dixit ad dauid
Cu dormieris cu patribus tuis. sicutabo
semen tuum qd egredietur de labiis tuis
et firmabo thronum eius sup thronum
tuum. **Ipe**qz erat michi in filium et ego ero
illi in patre. **Futuru** erat adhuc ut
verbu dei patris assumeret hominem in
vtero virginali. **In** vnitatis sue psonae
sine qz filius dei esset in veritate no
adoptus sed prius. **hec** autem sententia
ad superiora pt respice ut ita intelli-
gatur sub interrogatioe. **Rursu** **Cu**
angeloz dixit ego ero illi in patrem et
subaudiis nulli. **Vel** certe absolute et
affirmatiue hoc mo. **Rursu** de illo dicit
deus pater. **Et** cu iteru introducat pmo-
gentu **In** orbem terre dicit et adorent
eu omnes angeli dei. **Ois** vngentus
pt dici pmoquentus eo qd primus
aperuit vuluam matris. **No** tm ois
pmoquentus vngentus qz habet alios
fratres subsequetes. **Dns** autem ihesus
tam sedm diuinitate qz sedm humanitate
et vngentus et pmoquentus dici pt.
Vngentus est sedm diuinitate qz in
natura diuinitatis no habet frs subse-
quentes. **Sedm** humanitate quoqz vngentus
est beate marie q post illu
alios no genuit sicut calumpniatur
heluidis. **Demde** pmoquentus est sedm
diuinitatis essentia. sicut p salomonem
testatur dicens Ego sapia ex ore alis
suis. **prodiu** pmoquentu ante oem
creaturam. **Sedm** humanitate quoqz pmo-
quentus est in multis fratribus adop-
tiuis. **De** quibus ipse dicit marie

Vade ad fratres meos et dic eis
Qd autem dicit apulus cu iteru intro-
ducit deus pater filium suu pmoque-
ntu in mundu. **Sic** videntur hec
verba sonare quasi iam altera vice
introducitur esset. **Et** quod hoc sit
intelligendu apuls iohanes et euange-
lista ex parte ostendit dicens. **In** mundo
erat et mundus p ipsum factus est
et mundus eu non cognouit. **Verbu**
ergo dei patris p qd oia facta sunt
vnius essencie cu patre et spu sco
vbiqz est et oia impletqz tingendo
oia implet. implendo tingit. **Sube-**
nando pssidet. presidendo gubernat.
Et qz in mundo erat vbi carnem
assumpsit. et cu inaccessibile erat
mris aspectibus qz no videbatur.
Ipsam assumptione carnis appellat
alteru introitu. **Du** em qui inuisi-
bilis erat humanis aspectibus as-
sumpta carne visibile se pibuit
que quasi iteru introductus est.
Notandu quia q apuls introitu
noiat hoc in euangelio etia ipa ve-
ritas exitu vocat dicens. **Exi** a
patre et veni in mundu. **Exi**to
ergo vocat exitu incarnationis sue
assumptione manifestationeqz. **qua**
nos exanim foras adeo expulsi extra
aula paradisi et palaciu regne
eterm positi in carcere huius mundi
et in exilio relegati. **Verbi** gratia
Sicut excluduntur ab aula regia rei-
cius offensam. incurretes et desina-
tur in exiliu atqz in carcere inclu-
duntur. **Sed** sicut bonus mediator
volens eis venia impetrare non
primu introducit eos in aula regis
sed ipse foras egreditur. **ibiqz** cu eis
misceat negociu sermone. **Sicqz**

correctos et castigatos eos introducit
 in conspectu regis. **S**iliter dñs
 ihesus exhibuit. Nā egressus est ad
 nos a conspectu patene maiestatis car
 nem assumendo visibilēq; p se p̄bendo
 Et collocatus est nobis p̄cepta regis
 dñi et eterni. Sicq; nos sub p̄dicatiōi
 bus et miraculis correctos et castiga
 tos atq; sua fide cōfirmatos sua p̄pas
 sione a peccatis mūdatos introduxit
 in aulam in conspectu patene maiesta
 tis. quādo ascendendo ad celos patefecit
 nobis aditū regni celestis. Dicēdo autē
 introduxit eū in orbem terre. Hoc
 significat eū ei cōmittit orbē terre.
 Et eū manifestat illū dñm esse totiq;
 mūdi. Tunc em̄ possedit orbē terre
 eū ab vniuersis est agnitus dñs totiq;
 orbis. Hoc autē nō de substantia verbi
 sed de essentia hoīs accipe dictū. Cōq;
 sequitur. et adorent eū om̄s angeli
 dei. Tale est ac si dicet. Om̄s angeli
 mei et illius q; p̄ illū sunt facti.
 Tunc ergo adorauerūt eū quādo
 natiuitatē eius r̄ annūciauerūt. et
 quādo illo esuriente accesserūt. et
 m̄strauerūt ei siue quādo sepulchr̄
 eius custodierūt. Cotidie quoq; ado
 rant eū q; iussioni eius obtemperāt.
Sed nūq; solis angelis p̄cepit de
 pater adorare illū. Non. sed potiq;
 om̄i creature. **E**t ad angelos quidē
 dicit. Qui facit angelos suos spūs
et ministros suos flammā ignis. Cō
 dicit et ad angelos quidē dicit et deus
 pater vel scriptura diuina. Tale est
 ac si dicet. De angelis ad. ponens
 pro de. Nō em̄ seruat apl̄s ordinē
 sue sensū p̄positionū. Et est sensus
 ip̄e quē p̄cipiūtur angeli adorare.
 De ip̄is sub sp̄ritib; quotienscūq;

vel angelos facit. **M**inistros etiam
 suos facit flammā ignis. Quia qui in
 conspectu illius assistunt in amore suo
 incendentes et inflāmantēs reddit.
Juxta qd' alibi dicitur. In quē deside
 rant angeli prospice. Nā qd' dixit
 qui facit angelos suos spūs p̄postero
 ordine p̄tulit. Debuerat em̄ dicere.
 qui facit suos spūs angelos. Et cōdū
 qd' angelus nomen officii est et non
 nature. quia semp quidē sunt spūs.
 Sed nequaquā semp vocantur angeli nisi
 quādo mittūtur. Angelus em̄ greco
 sermone vel vocabulo dicitur nūciū.
 Si queris nomē nature tūc spūs est.
 Si officiū angelus est. Ex eo qd' e
 subsistit spūs est. Ex eo qd' mittitur
 angelus est. Verbi gr̄a. Sicut homo
 nomē est nature miles autē nomē
 officii. Dicatur alio mō. Et ministri
 omnipotentis dei sūt sacerdotes et plati
 ecclesiarū. Juxta qd' malachias dicit.
 Labia sacerdotis custodiūt scienciā
 et legem requirūt ex ore eius
 q; angelus dñi exercitūū est. Sa
 cerdotes ergo ecclie spūs sūt qñ
 gaudia patrie celestis suis auditorib;
 annūciant dicētes. Penitentiā agite
 appropinquabit regnū celoz. Et
 fulgebūt iusti sicut sol. Et erunt
 sicut angeli dei in celo. **F**lāmā vero
 ignis sunt quādo terrore ignis ge
 herme suis auditorib; minatur di
 centes. Quis arbor nō faciens fructū
 bonū excidetur et in ignē mittetur.
Ad filiū autē subaudis dicit psal.
Thronus tuus deus in sc̄lm seculi
Virga equitatis virga regni tui
 Intuere quomō et quāta caritate dis
 cernit creaturā angelicā a filio qui
 cūcta creauit. **T**hronus grece latine

dicatur sedes regna sicut et solū Pe-
thronū autē vnōmō possumus intelli-
gere regnū. **P** scepterū autē qd est
virga aurea potestas intelligitur
regni. Dicit ergo psalmista loquēs
ad filiū dei. **D**eus regnū tuū et
potestas imperii tui in sc̄lin scli
manebit. Tale quid gabriel dicit
ad mariā. **I**pse regnabit in domo
iacob in eternū et regni eius non
erit finis. **I**stud est regnū de quo
turbe acclamabant. **B**enedictū
qd venit in regnū patris nostri
dauid. **D**e quo ipse dñs pylato ait
Regnū meū nō est de hoc mūdo.
Alter thronū siue sedē iudiciū nō
incoḡrue possumus intelligē iudiciū
qd procedat de sede. **I**stud est iudi-
ciū de quo ipse filius dicit. **P**ater
nō iudicat quemq; sed om̄e iudiciū
dedit filio. **E**t de quo psalmista ad
deū patre. **D**eus iudiciū tuū regi-
da et xpo. **T**hronus ergo dei in
sc̄culū scli manebit. qz nouissimū
iudiciū qd dabit electis dicens eis
Venite participate in regnū vobis
paratū. **E**t reprobis. **I**te in ignem
eternū. **E**terna discretionē stabit
in vtriq; eo testante et dicente
in euāgelio. **T**ūc ibunt hī in suppli-
ciū eternū. **I**usti autē in vitam
eternā. **E**t sequitur. **V**irga equita-
tis virga regni tui. **P** virgā equi-
tatis intelligitur rectitudo sciēcie
et iudiciū illig siue potestas regni
iusta. **E**cce virga regit iustos
in iusticia et punit improbos iuste
et recte sine aliqua psonarū accep-
tione cuncta gubernās et iudicās.
Dilexisti iusticiā et odisti iniquitatem
et. **I**sta virga est iusta vel recta

vt diligatur iusticia et odio habeat
iniquitas. **N**emo em̄ pfecte potest di-
ligere iusticiā nisi odio habuerit
iniquitatem. **I**niquitas autē que
et anomia vocatur intelligitur
qdqd cōtra legem diuinā sit. **V**erū
tatis etem amor odiū falsitatis
est. **E**t qz dñs dilexit iusticiam
qui nō peccauit et odio habet
iniquitatem. quid mernerit p̄m̄
p̄cipere exponit dicens. **P**ropterea
vniuit te deus deus tuus oleo
leticie et exultationis. **P**re p̄m̄
p̄cipis tuis. **P**salmista autem
alloquitur filiū dei et dicit. **D**eus
vniuit te deus pater oleo
exultationis. **P**ropterea qz odio
habuisti iniquitatem et dilexisti
iusticiā. **N**on ergo intelligendū
qz filius dei sc̄dm naturā dimittens
in qua equalis est patri posset
deū habere. qz ipse cū patre verū
deus est. **I**deōq; dicit psalmista
vniuit te deus deus tuus oleo leti-
cie et. **V**inctus est nō oleo visibili
sed plenitudine spūs sc̄i qui in
die baptismatis in specie colūbe
super eū requieuit. **N**ec ex t̄p̄e
baptismatis solūm plenitudo
spūs sc̄i mansit in eo. sed potius
ex t̄p̄e cōceptionis. **I**uxta qd iſaias
loquitur dicens. **R**equiescet sup
eū spūs sapiē et intellectus spūs
cōsiliū et fortitudinis. **S**p̄e sciēcie et
metatis replebitq; eū spūs timoris
dñi. **O**leo autē exultationis et leti-
cie dicit illū vinctū qz xps nūq;
peccauit. nūq; tristitiā habuit
ex recordatione peccati. **Q**uid est
em̄ oleo leticie vngt. nisi p̄m̄
maculā nō habere. **S**anctorū

Et in principio dñe terrā fundasti. et opera manuum tuarum sunt celi. Post humanitatem filii dei excellentem convertit se matris abluti donū spūs scī consequūtū ad eternitatem dimitat et a xpo xpīam vocantur. Xpūs ergo pre oībus participibz suis unctus est oleo leticie. qz oīs ad vctū accipiūt spm sām npe autē nō accipit ad mensurā sed plenitudinem. Sedm illud Non em̄ ad mensurā dat deus pater spūitū filio suo. sed in xpo habitat oīs plenitudo dimitatis corporaliter. eius dices Tu inquit dñe in principio creaturam terrā fundasti. Vbi fundavit terram. Si recte ppendimz videbimz qz natura et dispositione diuina subsistit sim data sup nichilū nisi in semetipā. Et qd dicit Opera manuum tuarum sunt celi. Non putandū qz verbum dei patris qd incorporeū est manibus operetur. qz nō habet limamenta corporis in natura dimitatis sicut nos habemz. Opera ergo manuum eius virtutē iussionis eius et debemz accipere. qm̄ verbo et potentia iussionis sue que vlt opatur. Juxta qd psalmista dicit. Ipe dixit et facta sunt. mādauit et creata sunt. Et tu in principio dñe terrā fundasti. et opera manuum tuarum sunt celi. Post humanitatem filii dei excellentem convertit se iterū ad eternitatem dimitatis. Virtute igitur vbi dei celū et terrā cōsistunt. qz virtute iussionis eius oīa facta sunt et sine ipso factū est nichil. Sed cū in principio geneseos celū dicit pmiū factū. ac deinde terrā sic dices. In principio facit deus celū et terrā. Questio oritur quare psalmista ponit terrā ac deinde celū quasi terrā ante fuit facta qz celū. Que ita soluitur. Sed ille pposuit celū terrē. iste supposuit

Sanctorū etem cōsciencia tūc magis ac magis exhilarescit atqz in leticiā prumpit quādo nulla peccati grauioris recordatione mordetur. Spūs siquidē sanctus qui requieuit in xpo custodiuit illū vt sine pctō nasceretur. et sine pcti macula ab hoc mūdo trāsiret. Juxta qd de illo scriptū est. Peccati nō fecit nec inuentus est dolus in ore eius. Sed quid est qd dicit psalmista. Vngit te deus deus tuus pre participibz tuis. Cui sunt ergo participes eius? In veteri testamento quid fuerūt patriarche participes xpi in hac vnctōe qz cū nō essent oleo visibili vncti sed dono spūs sancti repleti appellabātur. tristi vncti. Juxta qd in psalmo legitur. dicte dño de abrahā ysaac et iacob ad abymalech et ceteros reges palistinorū. Nolite tangere xpos meos fuerūt quoqz reges sacerdotes et pphete participes illigz qz ad illos specialit vnctio ptinebat. p quā donū spūs scī merebātur accipere. Nam legitmz. Saulē vnctū a samuele et dauid Salomō vnctus est in syon. Sacerdotes vngebātur. sicut vnctus est aaron a moyse dicente sibi dño vngetes aaron et filios eius in sacerdotēs iure ppetuo. Pphete nichilominus vngebātur. sicut vnctus est helyseus ab helya. Cui dixit dñs vngetes helyseū ppheta pro te. In tres ordines dñm psignabant qui est verus rex sacerdos atqz ppheta. In nouo autē testamento participes illius sunt sunt apostoli martires cōfessores oīs qui gracia baptis

Idem factū est ut simul duo facta
tūc ostenderentur sed qd' diuina
maiestas simul fecit vna uox sit
nequiuit proferre. **Et nāc erat**
vnū ante alterū pferre. Ipsi peribūt.
tu autē pmanēs. Positus est hic
plūālis numerus pro singulari. sicut
multis in aliis locis diuine scripture
Non em' hoc de firmamēto intelli
gendū est ubi sidera cōtinentur
neq; de celo ethereo p qd' tu sus
planetarū septē planetarū agūtur
sed de isto celo acrio a quo et aues
celi dicūtur porio accipiendū est
In die iudiciū ergo peribit istud
celū aerū vnde anhelitū trahim;
et remittim; nō ut penitus de
sinet esse a sua natura. sed mu
tabitur ab hac specie in meliore
et ab hac densitate in subtilitate
et claritate aeris vel ethereis vñ
aplius alio in loco dicit. Preterit
figura huius mūdi. Si figura pre
terit remanebit substantia. Nam
quantū spaciū occupauit aqua
tpre diluuii ita ut altior esset
quidē cubitoꝝ supra om̄s mon
tes sub oī celo. et ut quidā dicunt
p̄tingens usq; ad circulū lune
tantū spaciū tenebit in die iudiciū
ignis comitans dñi aduentū. Iux
qd' psalmista. Ignis ante ipsū
precedet qui cōsumet oīa nubila
om̄emq; densitatē istius aeris
Eritq; celū nouū et terra noua
De hac imutacione dñs in ewāge
lio loquitur dicens. Celū et terra
transibūt. Transibūt quidē de
hac figura et specie in melius
p̄ inuouationē et permanebūt
in substantia p̄ua. Et om̄s

ut vestimentū veterascent. Vestimē
tum hic debem; accipere pro corpōe
humano qd' cōsumitur logaminitate
tp̄is et dolore infirmitatis ac redi
gitur in puluere. Sicut ergo corpus
humanū veterascent quidē et in pul
uerem redigitur. sed in die iudiciū p
inflammationē ignis inuouatur.
Et velut amictū mutabis et muta
būtur. Amictus dicitur ab amicti
endo: i. circūdendo. Bene igitur celū
amictū cōparatur quo circūdantur
qm̄ sicut amictus humanū corpūs
hinc inde cingit. ita celū ex om̄i
parte cingit terrā equa lance li
bratā. Vnde et pelli animantis alio
in loco cōparatur. dicēte psalmista.
Extendens celū sicut pellem. Ajuta
bis inquit eos sicut amictū. ac si
dicēt. Sicut amictus facile plicatur
si fuerit extensus. rursum si plicatur
leuiter extenditur. et si fuerit sordidus
cōm̄gnatus facile potest mūdari.
Ita celū a te facile est extensū atq;
cōpositū sicut facilitate incōprehen
sibili in die iudiciū mutabitur ab
hac figura et specie in meliorem.
Et ut ostenderet iam
demde facta dñi sub eterni
tate mansura addidit et mutabū
tur. Quasi dicēt. Postq; mutati fuerit
in ea nouitate pmanebūt nūq;
adhoc corruptibile redituri. Tu
autē idem ipse es et anni tui non de
ficient. Ecce differentia inter crea
turā temporale factā et creatorem
in sua eternitate equaliter manen
tem. In omnipotentē etenim deū nō
cadit preteritū nec futurū neq;
aliqua mutabilitas. sed oīa ei sunt
p̄sencia. Semperq; est mutabilis

Unde psalmista. eternitatē et
 immutabilitatē verbi dei subtili cōsi-
 deratione ppendens substrātiuo verbo
 p̄ntis typis usus loquēs de illo Celū
 inquit et terra mutabūtur. tu autē
 idem ipse es modo qui eras ante
 sc̄la. et anni tui et eternitas tua nō
 deficiet Ip̄e ergo qui semper habet
 esse dicit de semetip̄o ad moysen
 Ego sum qui sū. hec dices filius israel
 Cui est misit me ad uos. Cui
 p̄pter oīs creatura rationabilis que
 p̄ se mutabilis est aut tēporalis
 sumope elaborare debet quating ei
 possit cōiungi et adherere qui semp
 idem manet Ad quē autē angeloz
dixit aliq̄m Sede a dextris meis.
quousq̄ ponā inimicos tuos scabellū
pedū tuorū. Postq̄ maiestātē d̄ine
 eternitatis ostendit in filio esse Itē
 cōuertit bt̄is ap̄lus sermonem ad
 glorificationē eius hūilitatis dices
 Ad quē angeloz dixit aliq̄m Sede
a dextris meis. Subaudis ad nullū
 nulli em̄ archangeloz nulli d̄natio-
 nū aut virtutū siue principatū
 hanc gloriā cōcessit deus pater ut
 ei diceret Sede a dextris meis.
 hoc est habita et quiesce mecū in
 plenitudine mee maiestatis Victori
 autē filio et totius mūdi p̄ incarna-
 tionis sue dispensationē triūphatori
 post resurrectoris sue gloriā quadra-
 gesimo die dicit ei. laborasti in pas-
 sione. laborasti in redemptione ge-
 neris hūmāni. quiesce mecū in gl̄a
 quousq̄ ponā inimicos tuos ut sint
 scabellū pedū tuorū Quoadusq̄ vel
 donec nō significat finem alicuius
 typis isto in loco sed pro infinito et
 sempiterno positū est Quasi diceret

alnis verbis Tu semper habita in
 plenitudine maiestatis mee q̄ semp
 subiciam eternitati tue inimicos tuos
 iudeos aliosq̄ incredulos Pedes
 etem̄ d̄m eternitatis stabilitatē ei
 designāt ubi ille tamq̄ in vestigiis
 firmis virtute oīpotencie sue con-
 sistit Possim et p̄ pedes nō incon-
 grue mysteriū incarnatoris sue ac-
 cipere h̄is autē pedibz eternitatis
 illig viz seu fidei ac potencie incarn-
 nationis eius duobus modis cotidie
 subiciuntur inimici illig Dū viz vicioz
 atq̄ infidelitatis cōtrarietate dere-
 licta sponte se subdunt illi ad salu-
 tem ut ab illo tueantur Vel certe
 dū nolentes in eū credē coacti
 subiciuntur illi. et calcantur domino
 potestatis eius None om̄s sunt
administratoz spūs in ministeriū
missi propter eos qui hereditatem
capunt salutis Si om̄s spūs celesti-
 um virtutū mittūtur ad salutem
 credentiū. qd̄ est qd̄ daniel dicit Mi-
 lia milia ministrabant ei. et decies
 milies centena milia assistebant
 ei. quō om̄s mittūtur si decies milies
 centena milia ei assistunt Intelli-
 gendū est ergo q̄ oīmpotēs deus qui
 spūs est incūscriptus oīa implet
 et ubiq̄ totus est Quap̄pter angu-
 licus spūs qui cūscriptus est
 quocūq̄ mittatur intra deū currit
 deūq̄ semper p̄sentē habet Ideoq̄
 ipsi qui mittūtur ip̄i etiā assistūt
 ei h̄ic Vel certe idcirco mitti dicūt
 q̄ sicut didimo grecus in libro de
 spū sc̄o ait Ex oībus ordinibus
 celestū dignitatū mittūtur Sicut
 gabriele michaelē archāgelos legi-
 mus missos. in volumine danielis

Raphahalem quoque ad thobiam. Unus
enim de seraphim legitur missus ad ysa-
yam quando calculo tetigit labia
eius. Et sicut frequent' angeli le-
guntur ad sanctos missos. Generaliter
autem sicut doctores dicunt. unicuique
fidelium ab ortu natiuitatis vel post
a typre baptismatis datur a deo ei
angelus ad sui custodiam et qui su-
suadeat bona agere. Unus apostolus hic
dicit missi sunt magistri in ministerium
salutis propter eos qui hereditate
celestis patris sunt precepturi. In hoc
ergo loco sicut diximus omnes mittuntur
quod ex omnibus ordinibus mittuntur eiusdem
quod dignitatis sunt qui mittuntur. cum
qui et assistunt. Vel certe quod omnes
eiusdem voluntatis sunt. et dum illi
qui semper assistunt consensum cum
eis quod amodo in illis omnes veniunt.
omnesque mittuntur. Et est sensus. Quid
mirum si vinco filio dei ministerium
suum exhibent angeli cum etiam magister
salutis ministros constat eos effec-
tos. Quapropter nemini illorum dixit
Sede a detritis meis. **L. ap. l. i. scdm**

Propterea habundantius
obseruare nos oportet
ea que audimus ne
forte superfluamus

Propterea inquit quod filius dei excel-
lentior est omnibus angelis qui nobis
euangelium suum dedit. Vel certe quia
angeli nobis ministrant qui deo
semper renunciant opera nostra videlicet
ubi ipse ubique sit. habundantius autem
oportet nos obseruare ea que au-
dimus a christo in euangelio ab apostolis
eius que in lege solebamus que per
seruum data est. Et quare habun-
dantius ne forte superfluamus.

Ne forte pereamus et a salute excida-
mus. Vel ne forte euanescamus
transientes in ore fluminis currentes
in mare. dum sensus per mania
queque discurrunt. Iungit autem pa-
sonam suam illis more suo agens. Et
quare dixit habundantius reddit per
causam dum in sequentibus verbis ex-
plicat dicens. Sic enim qui per ange-
los dictus est sermo factus est firmus.
et omnis pernicatio et inobedi-
entia iusta recepit mercedis remun-
erationem. quomodo nos effugiamus
si tantam neglexerimus salutem. Sermo
legis et prophetarum per angelos dictus
est ad patres nostros. quod per subiectam
creaturam locutus est moysi et propheta-
tis. Iuxta quod beatus stephanus in
contentione sua manifestat dicens
de moysi hic est moyses qui fuit
cum angelo qui loquebatur ei in
monte syna. factusque est firmus
et verus. et sermo per angelum dictus
quomodo sicut dictum est vel predicatum
ita omnia venerunt siue bona siue
mala. Quibus pernicatio siue trans-
gressio legis atque inobedientia contra
ipsum sermonem pertrata accepit iustam
mercedis retributionem iudicium scilicet
eternae damnationis. Sicut illis con-
tingit qui murmuratione inobedi-
tes extiterunt. Notandum autem quod
cum merces in bona parte maxime
accipitur. hic pro malo ponit
apostolus more solito non curans de
proprietas verbis sed indifferenter
vnum ponens pro altero. sicut hic
mercedem pro malo. et alibi capti-
uitatem in bono ubi dicit in capti-
uitate redigentes omnem sensum ad
obediendum christo. Facit ergo apostolus

comparatione a sermone legis qui per
angelum dictus est ad gratiam euan-
gelii per filium datam et dicit Si enim
sermo legis per angelos dictus factus
est verus in omnibus que promisit
bonis vel que minatus est malis.
quantomagis erit firmus sermo euan-
gelii datus per filium Et si illi qui non
bedientes extiterunt in lege dampna-
tionem etiam iudicium non potuerunt
evadere. quomodo nos effugiemus
vindictam dei si tantam neglexerimus
salutem fidei scilicet evangelii vitamque
eternam tam magnam ut pote per filium
nobis annunciatam atque promissam
Subaudiis. nullo modo hinc verbis
manifestat apostolus non fuisse tantam
salutem in lege quanta est in euan-
gelio lex enim permittebat terram dicens
Si volueritis et audieritis me bona
terre comedetis Evangelium permittit
celum dicens Penitentiam agite appropin-
quabit enim regnum celorum Illa
prestabat vindictam de hostibus terrenis
Illa prestabit de spiritualibus Illa permittit
longevam vitam temporalem Evangelium
credidit vitam sine fine mansuram
Que subaudiis salus cum accepit
invenit enarrari per dominum ab eis qui
audierunt in nobis confirmata est
Salus ergo que in evangelio continetur
a deo accepit invenit enarrari quia ipse primus
annunciavit eam per semetipsum dicens
Penitentiam agite appropinquabit
enim regnum celorum Et qui crediderit
et baptisatus fuerit salvus erit
Deinde vero confirmata est hoc est.
credita est ab eis qui audierunt
eam ab apostolis videlicet qui cum domino fuerunt
et successoribus eorum vel certe con-
firmata et consolidata est et perfecta

in nobis ab his qui ab ipso domino eam
acceperunt. quia salus que per spiritum sanctum
nobis data est permanet eternam.
Causa humilitatis suam iungit personam
cum eis dicens in nobis confirmata
est ab eis qui audierunt ad hoc po-
terat aliquis dicere. quomodo confirmata
est ab eis. Cui ille Contestante deo
signis et portentis et variis virtu-
tibus et spiritu sancti distributionibus secundum
suam voluntate Confirmata est
in nobis ab eis qui audierunt
contestante deo et simul testimonium
prebete eorum doctrine et predicationi
non voce sed virtute et exhibitione
miraculorum et varietate linguarum.
quod ut dicebat aliquis apostolorum mortuo
vel infirmo surge esto vivus vel
sanus. statim surgebat incolumis
Signa autem et prodigia et virtutes
pro uno hinc accipiuntur. Sed vero
subiungit spiritus sancti distributionibus
affluenciam significat gratiam quam
non habuerunt patres nostri veteris testa-
menti que fuit data postquam glorifica-
tus fuit dominus ihesus testante euan-
gelista qui ait Non dum enim datus erat
spiritus. quia ihesus nondum fuerat glori-
ficatus Iste sunt distributiones seu
divisiones quas apostolus in alio loco
commemorat dicens Alii per spiritum da-
tur sermo sapientie. alii sermo scientie
etc. que in sequentibus connumerat usque
domino subiungit hec omnia operantur unus
atque idem spiritus dividens unicuique
vel singulis prout vult Unde et hic
dicit secundum suam voluntatem. Diuine
enim voluntati atque consilio cuncta
contribuit ne quis in suis meritis
confidat Ipse enim spiritus sanctus non ut quod
cuiusque prodest. vel quod cuiusque sit commodum

ab angelis dū eū mortalem creasti sed
 q̄ ille obediens tibi extitit usq; ad
 mortem gloria et honore coronasti eū
 Tale est et illud qd̄ ap̄ls alio loco dicit
 p̄ter qd̄ et deus illū exaltavit et dona-
 vit illi nomē qd̄ est sup̄ omē nomen
 ut in nomē ihesu omē genua flectatur
 celestū terrestriū et infernoz Gloria
 et honore coronavit eū deus pater in
 resurrectione honore autē et in ascē-
 sione quādo in quadagesimō die resur-
 rectionis exaltavit illū sup̄ oēm crea-
 turā Aliter coronatus est in multitu-
 dine credentū vix cū post resurre-
 ctionis triūphū credulitate nō totiq̄
 mūdi in hoc q̄ homo est accepit
 honore autē in cōfessione eterne ma-
 iestatis hoc est in eo q̄ in plenitudine
 paternae glorie habitat Et cōstitisti
eū super opera manūū tuarū p̄
 hoc q̄ homo factus est cōstitutus est
 a deo p̄re sup̄ opa inssionis eius sup̄
 celestia vix terrestria et infernalina
 qui scdm̄ dimitatis potentā sicut
 cū deo p̄re oīa creaverat ita cū illo
 oīa possidebat. Dicendo em̄ Cōstitisti
eū sup̄ opa manūū tuarū r̄. oīs
 creatura mōstratur esse subiecta illi
 q̄ sicut verbo oīa creata sūt ita ille
 homo assumptus a verbo cū verbo
 possidet cūcta. Oīa subiecisti sub
pedib; eius r̄ eternitati illius et
 potestati ut oīs creatura illū adoret
 Et hoc est qd̄ ip̄e post resurrectionis
 gloriā apparuit discipulis dixit eis
 Data est michi oīs potestas in celo
 et in terra In eo em̄ q̄ oīa ei subie-
cti nichil dimisit ei non subiectum
 In eo i in hoc dono vel facto q̄ oīa ei
 subiecti nec celestia videntur excessisse
 nec terrestria ut dicit p̄ter: angelicā

creaturā sed ita cōclusit dicit Oīa
subiecisti Nūc autē necdū videm; q̄
oīa subiecta ei Et und est qd̄ b̄nis
 ap̄lus loquitur Nā cū dixisset oīa
 subiecta esse xp̄o statim subintravit
 dicens nūc autē necdū videm; oīa
 subiecta ei Si oīa subiecta sūt ei
 quomō non sūt subiecta Intelligedū
 est ergo hoc mō ut superius vbi dixit
 nichil dimisit nō subiectū ei Intelligi-
mus vniuersalē subiectionē volūta-
riam s; p̄ fidem. et necessariā qua
 cogitur oīs creatura subiecta esse
 suo creatori hic ergo vbi dixit nec-
 dū videm; oīa subiecta ei Et tantū
modo de volūtaria subiectionē accipe
 debem; que p̄ fidem cōstat qua in
 eū credē nolunt Quia em̄ tūc tyris
q̄n ap̄lus illa loq̄batur euāgelica
 p̄dicatio necdū p̄ totū mūdū divulga-
 ta erat. necdū oīs p̄destinati ad vitā
 credebant recte dixit Nūc sūt nō oīa
ei subiecta Sed nō solū tūc sed etiā
adhuc oīs p̄destinati non credunt
Eum autē qui modicū q̄ angeli mi-
noratus est videm; ihesū propter
passionē mortis gloriā et honore
coronatū hic aperte manifestat q̄
 glā et honore xp̄i crux eius fuit pro
 qua modicū minoratus est ab āgelis
 moriendo pro salute nr̄a Unde et cū
 ap̄ls alibi dixisset Factus est obediēs
patri usq; ad mortē mortem autem
truncis statim subsecutus est dicit p̄ter
qd̄ et deus exaltavit illū. et dedit illi
 nomē qd̄ est sup̄ omē nomen r̄ Sic
 em̄ ip̄e d̄ns p̄bat eū dicens ut glo-
 rificetur filius hoīs Si ille qui d̄ns est
 ea que pro seruis passus est gloriā
 vocat multo magis tu homo que
 pro d̄no pateris tibi ad gloriā ptinere

sempiternā nō dubites **E**um inquit
idem ihesum videmus coronatū. non
oculis corporeis sed oculis mentis. dū
sedet in plenitudine paterne manes-
tis Ut gratia dei pro omnibus gusta-
ret mortē Gratia dei appellatur dei
filius. eo q̄ nobis a deo patre gratis
est datus. et q̄ gratis mortē p̄ nobis
sustinuit. Nō est enim debebat. no-
bis mō merito ut filius dei p̄ nobis
gustaret mortē. sed ineffabilis eius
gratia hoc fecit. Quod autē dicit
illū pro oībus gustare mortē quidā
dōctores ita absolute intelligūt ut
dicuntur pro oībus pro quibz gustant
mortē. et pro electis ad vitā eternam
p̄destinatis. De vero quidā ita genera-
liter accipiūt. ut dicatur pro omnibus
fidelibus atqz infidelibus mortē gustas-
se dicentes. Ipsē quidē pro oībz mor-
tuus est licet omēs nō saluentur. Et
si omēs nō credunt. ille tñ qd̄ suū erat
fecit. Vnde bñs p̄. ospe hanc ponit
similitudinē. Est quidā meduoz peritis
simz qui veniens in civitate p̄ popu-
losam. ubi multi infirmi habentur.
temperat potionē cōtra oēm infirmi-
tate et cōvocat omēs dicens. Venite omēs
populi qui variis infirmitatibz labo-
ratis et bibite ex hac potionē quam
saluti v̄rē p̄paravi. et spondeo vobis
sub attestatiōe. qd̄ si quis biberit ex
ea statim medelā cōsequi merebit.
Qui credūt verbo illius accedunt
bibunt et sanantur. Qui vero ren-
nūnt bibere nō sanantur. sed in sua
infirmitate contabescūt. Quantū
ergo ad medici deuotionē pertinet
pro omī illoz salute potionē tēpera-
uit. licet alius nō proficit nisi hīs qui
ex ea biberint. Ita et x̄ps quantum

Heie
A

in se fuit pro oībus mortuus est. q̄m̄
non proficit eius passio nisi solū modo
hīs qui in eū credere volūt. Simulqz
notandū qz nō dixit ap̄le subiaceret
morti. sed gustavit mortē p̄ qd̄ veloci-
tatem resurrectōis voluit ostendere.
Breui etē t̄p̄e morte teneri potuit
ut ea deuicta cōfestim victor resur-
gret. Decebat em̄ eū propter quem
oīa et p̄ quē oīa qui multos filios
in gloriā adduxerat auctorem s̄z
salutis eoz p̄ passionē cōfirmare.
p̄ passionē x̄pi p̄ficere omī salutē
cui est auctor salutis omī creden-
tiū. et qui ante passionē suā multos
filios adoptiuos adduxit in gloriā
fidei spei et caritatis qui certā spem
habeant gaudia patris celestis et
hereditatem eterni regis se posse par-
cipere. Vel certe p̄ passionē decebat
eū p̄ficere oīa que de illo dicta erāt.
Vnde ip̄e dixit pendens in cruce.
Consumatū est propter quē oīa
et p̄ mortem eius restituta sunt
oīa celestia et terrestria. Homo s̄z
redemptus et numerus angeloz
reintegratus. p̄ quē s̄z oīa facta
sunt. Iuxta qd̄ ioh̄es dicit. Oīa p̄
ip̄sū facta sūt. Vides quantum est
in medio nostrū nobisqz cōiunctus.
est ip̄sē filius. et nos filii. Ipsē
p̄rius. et nos adoptiuū. sed ille
saluat et nos saluamur. Vides
quomō nos cōiungit et seruat.
Itā em̄ dicit multos filios ad-
duxit in gloriā. hic cōiungit. Cū
vero addit auctore salutis eoz
hic differunt. Cui em̄ sanctificat
et qui sacrificatur. ex vno omēs
cūis est. qui sanctificat. x̄p̄s
p̄ fidem passionis sue et p̄ donū

baptismatis. **Qui** sunt qui sanctificantur
 Omnes qui sanctificantur fide passionis
 xpi et gratia baptismatis sed qui
 sanctificat xps et nos qui sanctificamur
 ex vno deo patre sumus quia ab illo
 oia originem accipiunt et acceperunt
 Unus est enim deus p quem et a quo
 oia. **Sed** aliter ille et aliter nos ille
 quasi prius filius potest sanctificare
 nos vero quasi adoptiuu ab illo sancti-
 ficamur. **Ut** autem vnu habemus patrem
 in celis. ille prius nos adoptiuu.
Propter quam causam **Sub**audiis
 quia ipse et nos ex vno deo patre
 sumus licet discrete **no confunditur**
fratres vocare eos qui sunt filii ad-
 optiuu dicens **Nunciabo** nome tuu
fratribus meis. **Non** erubescat frater
 vocare eos. **Ostendit** no esse eandem
 fraternitatem nre humanitatis sed in
 misericordia eius multa et humilitate
 maxima qui nos fratres elegit hoc
 quoque prophetico affirmat testimonio **Ne**
 quasi nouu putaretur et no multu
 ante predictu aut em **Nunciabo** nome
 tuu fratribus meis post facta passio
 nem et veneranda **passio** et resur-
 rectione pmittit se gloria dimitatis
 paterne. et nome eius etia quo patre
 dicebatur toto orbe volgandu **Nunciabo**
 dicit et narrari facta a pdicatoribus
 meis ut michi credatis. **Na** resur-
 gens a mortuis dicit mulieribus
ite nunciate fratribus meis. **Et** ad ma-
 tram vade ad freres meos et dic eis
 fratres autem dicuntur et qui diligunt
 et qui diliguntur. **Ad** dicit vero **In**
medio ecclesie laudabo te. **In** medio
 ecclesie hoc est in actu fidelium lauda-
 uit deum patrem filius quando aplice
 reuersis de pdicatione dixit. **Confiteor**

tibi dñe pater celi et terre laudo et
 glorificabo te. qz abscondisti hec a
 sapientibus et prudentibus et reuelasti
 ea paruulis. **Ipse** quoque in medio
 ecclesie laudat deum patrem du fideles
 quique eius passione redempti eius
 quoque baptismo ablui indefessas
 laudes deo patri referunt corde ore et
 opere hinc enim tribus modis laudem
 dñs est deus. **Et** iteru ego ero fidens
 in eu hoc est in deum patrem. **Vox** est
 filii dei de deo patre ex parte hu-
 militatis loquentis. **Na** homo susceptus
quibz offeratur. Hec em hic possu
mus repetere eligat. Quibus
em nulli sacrificiu debetur nisi
soli deo vero Pontifex noster mu
dam hostia pro nobis deo patri
obtulit. i. existens sacerdos et sa
crificiu. Offert etia sacrificiu deo
patri acceptu p ecclesia sua. Du
em nos offerimus sacrameto corpis
eius ipse offert. Si ergo esset sup
terra subaudis sacerdos tunc
scdm ordine aaron. nec esset
sacerdos scz scdm melchisedech
cu essent sacerdotes leuitici ge
neas qui offerret scdm legem
munera qui exemplari et umbre
deseruiunt celestiu. sicut respicitur
est moysi cu consumasset as pse

ordine

tisset tabernaculu oraculi. Si esset
tunc aliqs tunc pontifex super
terra sicut aaron vel aliqs scdm
ordinem eius immortalis et sine peccato
qui suis sacrificiis potuisset mundare
genus humanu pfectuqz reddere
no esset utiqz necessariqz sacerdos scdm
ordinem melchisedech meternu. Quia
satis essent qui offerrent legalia mu
nera. Sed qz aaron et filii eius mortu
les erat et peccatores. Quappt non
poterat genus humanu pfectu redde
re. Ideo venit xps sine peccato qui meternu
suum sacerdotiu teneat suoqz sacrificio
genus humanu pfectissime mundaret
no talis quales ipi fuerat qui exem
plari et umbre deseruiunt celestiu.
Exemplar est figura et similitudo per
qua alia res ostenditur. sicut expres
sa in pariete exemplar est et figura
veru hois. Sacerdotes igitur iudeoz
exemplari i. figure et umbre celestiu
misterioz deseruebat. qz illa omnia
similitudines et figure erat istoz que
in ecclesia modo in veritate aguntur.
Celestia autem misteria dicit spualia.
qz obseruatores suos in veritate ad
celestia ducunt. Nonne celeste est
altare fides nra. In qua offerimus
cotidie orationes nras deo. Vide itaqz
oia facito scdm exemplar qd' tibi
ostensu est in monte. Quia auditu
noster nunq apertus esse videtur
ad disciplina pncipiendā q' visus.
No em ita ammo comendamus
que audimus quomodo illa que ipso
visu percipimus. Ideo no solu auditu
veru etia visu demonstratu est moysi
a dno in monte tabernaculu qd' erat
facturus cooperare beselchel beselchel
Unde dicit ei. Vide ut oia facias.

scdm illā similitudinē que tibi in mōte
 ostensa est. Ad autē dicit intelligen
 dū est. tam de tabernaculi cōstitū
 tione cōstructioeqz vasoz eius q̄ de
 sacrificiis et hostiis q̄ oblaturi erāt
 ibi. Nūc autē melius sortitus est
ministerium sacerdoti vtz dignitatem
quāto et melioris testamēti mediator
est q̄ in melioribz pmissiōibus
sanctitū est. Hoc firmatū corobora
tū statutū est. Vides inquit quāto
 melior est ista celebratio illa que
 tūc tēporis agebatur. Si quidē illa
 ad exemplar est figurā. Et celebratio
 ista veritas sicut in euāgelio loquitur.
Lex p̄ moysen data est. gratia et
veritas p̄ ihm xpm̄ facta est. Nūc
 hoc est in hac nouissima etate tāto
 melius ministeriū sacerdoti sortitus
 est xps q̄ fuisse illud legale. q̄to
 et melioris testamēti mediator est.
Quāto meliora sūt celestia tēpōs.
 eterna tēporalibz. tāto melioris testa
 mēti dator et mediator est ih̄s. et
 tāto melioribz pmissiōibus cōfirma
 tū est illud testamētū. Testamētū
 eternū vetus terrena ac tyralia pro
 mittebat dīcēs. Si volueritis et audi
 eritis me bona terre cōmedētis. et
 obserua que p̄ dico tibi ut sis lōgenus
 sup̄ terrā. ceteraqz h̄is filia pro
 mittens tyralia atqz tēna. Nouū
 vero qd̄ p̄ xpm̄ datū est promittit
 ac tribuit celestia et terrena vitāqz
 p̄fectā. p̄ gratiā baptismatis et fide
 dñice passiōis et resurrectiōis. et
 remissionē peccoz. Dicit nāqz euan
 gelū. penitentiā agite appropiābit
em̄ regnū celoz. Et qui crediderit
et baptisatus fuerit salus erit. et qz
electi erūt sicut angeli dei in celo.

Et insup̄ qd̄ maius est qd̄ dicit in
 euāgelio ioh̄es. Quotquot autē rece
 perūt eū dedit eis potestātē filios
 dei fieri. Ecce quomō melioris testa
 mēti mediator et dator est xps. Et
 quomō melioribz pmissiōibus
 cōfirmatū est. In hoc quoqz meliū
 sacerdotiū sortitus est qz illud fuit
 tēporale. istud est eternū. Illud nō
 poterat hoīem iustificare nec regnū
 celoz suis obseruatoribz reserare.
 Istud vero et p̄fecte iustificat hoīem
 statimqz ei regnū celoz aperit. A media
 tor autē testamēti appellatur dñs
 qz sicut moyses medius fuit inter
 deū et populū referēs verba dei
 ad populū. iterūqz verba ppli ad
 deū ita et xps verba dei p̄s nobis
 retulit iterūqz nr̄a refert ad illū.
 Transiens autē ap̄lus a sacerdotio
 et sacrificio tūc demū testamēti
 differentiā facit dīcēs. Flam̄ et si
illud praus subaudis testamētū
a culpa vacasset. nō potiqz scdm̄
sc̄z testamēti locus inquireret. Hoc
 est si illud testamētū legis p̄cā posset
 auferre vt obseruatores sui inculpabi
 les essent nō sc̄z testamēti locus re
 inquireretur. Sed quia illud nō fuit p̄
 fectū. subito inuentus est locus aptus
 sc̄z testamēti. Sicut vituperans
eos. et nō approbans dignos laude. et
dicit p̄ p̄phetam. Ecce dies venient
dicit dñs et consumabo sup̄ domū isrl̄
et sup̄ domū iuda nouū testamētū.
Nō scdm̄ testamētū. qd̄ feci patribz
eorū die qua apprehendi manū illorū
qm̄ ip̄i nō p̄manserūt in testamēto
meo et ego neglexi eos dicit dñs deus
Israēl. Ecce dies noui testamēti et vltime

soli etatis venient dicit dñs et cōfirmabo
r p̄ficiā sup̄ domū isrl̄ et sup̄ domū
iuda testamentū nouū Quātū ad
l̄rām p̄tinet p̄ domū isrl̄ decē tribz
intelligūtur que separauerūt se a
domo dauid tēporibz ieroboram **P**
domū autē iuda due tantū tribz
iuda et beniamin cū tribu sacerdo
tali q̄ adhezerūt domū dauid **A**
tiori autē intellectu p̄ utraqz domū
debemz intelligē om̄s qui tam ex iudas
q̄ ex gentibz credentes qui deū recte
cōfiteudo qd̄ interpretatur iudas veti
israhelite sunt. hoc est deū mētē vide
tē quibz deus p̄fecit atqz cōpleuit testa
mentū nouū grām euageliū Testa
mentū autē nouū dicitur ad diffe
rentiā veteris **P**t ergo aliud dicitur
vetus testamētū ab hoc vetus dicit
eo qd̄ hōiem in vetustate positū pati
nouū reddē nō valebit **A**c vō nouū
testamētū dicitur est eo qd̄ veterē hōiem
in p̄cto veteris hōis ade cōmaculatū
nouū efficiat in baptisinate p̄ fidē
dñice p̄missionis. qd̄ nō est simile testa
mētō veteri qd̄ fecit cū patribz eoz.
qz illis terrena p̄mittēbat ac q̄ralia
et p̄cipiebāt carnalia **I**stud vero ē
eterna et celestia p̄mittit p̄cipiens
sp̄ualia **S**ed vero dicit. in die qua
apphendi manū illoz ut educerem
eos de terra egypti. magnā familia
ritatē suā cōpotens deus ostendit
quā exhibuit populo illi **M**ore
em mulier loquitur sermo diuinus.
que solent paruuloz manus appre
hende et pleūqz ad se conducere
plezqz etiā huc illucqz sustentare
illos ne labātur utpote firmos gressū
adhuc nō habetes **S**ic cōpotes deus
cū ille populz puerilis ac paruulz

esset et neqz gressus bone opatiōis ha
bebat neqz fortitudinē qua se posset
exsolui de iugo opprimentū tetedit
ei manū suā magnū vō auxiliū pie
tatis sue. et extraxit eū de fomace
searea trahens ad cognitiōē suam
et amplexibz gratissimos simulqz dedu
cens p̄ deserti vastitatē introduxit in
terram oibz meliorē **S**ed quia non
p̄miserūt in testamento eius r non
obseruauerūt qd̄ p̄cepit in testamēto
suo. neglexit eos. hoc est dimisit eos.
ne scdm̄ desideria cordis sui **I**uxta qd̄
psalmista dicit **S**lotandū autē qz cū
dixisset sermo diuinus **P**ficia testamētū
nouū nō scdm̄ illud qd̄ pepigi cū patribz
eoz. ne forte iudei possent oblatrādo
dicē illud testamētū destruendū esse
de quo dixit deus abrahe **I**n semine tuo
benedicetur om̄s gentes **D**iscrete man
festant de quo loq̄retur cū subm̄tulit
dicens. in die qua apphendi manū illos
ut educerē eos de terra egypti. **D**e lege
em̄ dixit hoc quā quinquagesima die
egressiōis illoz de terra egypti datam
esse cōstat in mōte sinai. in qua non
p̄miserūt patres eoz sed fecerūt vitu
lū in ore et adorauerūt illū **N**ā illud
qd̄ pepigit cū abrahā in x̄po cōpletū
est. in quo benedicetur om̄s gētes **Q**uia
hoc est testamētū qd̄ disponā domū
israhel r oibz scz cōdētibz **P**ost dies
illos dicit dñs dabo leges meas in mētē
eoz et in corde eoz super scribā eas
et ero eis in deū et p̄ri erūt michi in
populū **E**t nō docebit vnusquisqz p̄ri
mū suū et vnusquisqz fratrem suū dicit
Cognoste dñm qm̄ om̄s sciunt me a
maiore ad minore eoz qz p̄picius ero
im̄itatibz eoz et p̄torū eoz iam nō
memorabor **M**agna distācia inter

legem et lege Inter scripturam et scripturam.
 et inter doctorem legis et doctorem euangelii
 inter litteram et gratiam spiritualis intelligentie
 Nam littera legis scripta est in tabulis la-
 pidibus. Gratia spiritualis intelligentie data
 est fidelibus per spiritum sanctum in corda. per que
 spiritum caritas dei diffusa est in cordibus
 fidelium hoc est autem quod dicit dabo leges
 meas in mente eorum et in cordibus eorum
 scribam eas. specialiter ad sanctos apostolos pertinet
 qui gratiam nouam habuerunt scriptam
 in tabulis lapideis neque membranosis
 sed in mente et in cordibus suis diuinitus
 habuerunt exarata. Primum quidem ante
 dominicam passionem quando sicut Mattheus
 narrat ascendit in monte ibique cum eis
 illum prolixum sermonem habuit. ubi insti-
 tutio totius perfecte vite continetur. Sed
 vero post resurrectionem suam. quando
 sicut Lucas testatus est aperiens eis
 sensum ut intelligerent omnia que de eo
 scripta erant in lege moysi et prophetis
 et psalmis de ipso. Deinde vices decima
 die ascensionis sue adueniente spiritu sancto
 in linguis igneis super eos reuelatur
 eis ut cognosceret quod mortalibus
 de deo sciendum erat. Quomodo enim pos-
 sent euangeliste tanta miracula et ver-
 ba celestia post eius ascensionem scribere
 si non ea in cordium tabulis diuinitus
 exarata haberent. precipue beatus iohannes
 qui sexagesimo quinto anno post dominicam
 ascensionem euangelium scripsit. Quomodo
 posset tanta de diuinitate illius profere
 que ipse dominus protulit maxime ea nocte
 qua apprehensus est. Nos autem partim
 in cordibus plenius in membranosis
 scriptis habemus ab illis nobis relicta
 ut in eis meditatio exercitum. Quod
 autem subiungit non docebit unusquisque
 proximum suum et unusquisque fra-
 trem suum dicens cognosce dominum.

Non est ad presens tempus referendum ubi
 mutue docemur. Sed sicut dicit beatus
 Augustinus. Dum loquitur propheta iheremias
 de primo aduentu domini subito conuertit
 oculos mentis ad secundum. postquam nemo
 docebit proximum suum ut cognoscat
 dominum. quoniam omnes electi in eius contem-
 platione positi videbunt et cognoscent
 eum sicuti est. Nam in presenti sicut diximus
 docemur mutue. Postea etiam illorum
 peccatorum non erit memor. quoniam omnes expo-
 liati ab omni fere mortalitatis et cor-
 ruptiois corporum et mutabilitate
 et peccato resurrectionis condonati ful-
 gebunt sicut angeli dei in celis.

Dicendo autem nouum prius uetere
prius. Summes apostolus fiduciam et auctori-
 tate ex dictis prophetis obidicitur. Con-
 firmabo testamentum nouum super domum
 israel. Ostendit iam liquidius esse firmen-
 dum. Dicendo inquit alibi per prophetam
 Confirmabo testamentum nouum uetere aut
 prius. hoc est in uetustate redegit.
 siue uetustum ostendit illud quod prius
 erat. Unde subiungit. Quod autem anti-
quatur et senescit prope interitum est.
Quasi diceret. Quia sermo diuinus

Per hoc quod dicit testamentum nouum
 futurum ostendit uetustum esse prius
 datur intelligi quod si antiquatur et
 uetustum est prius testamentum in prioro
 est ut intereat finemque recipiat. hoc
 uerbo intelligendum est non de preceptis
 vite ac morum in quibus lex manet
 concordans cum euangelio. sed de
 mandatis sacrificiorum carnalium in
 quibus adueniente christo que prefigura-
 bat finem acceptura erat lex. **ix.**

Habuit prius Capitulum.
et quidem iustificatioes
culture et sanctum salare

ca. 14.

Primus inquit habuit testamentū
iustificatiōis culture qz p̄ diuinū
cultū iustificabatur hoīes a leuioribz
petis habuit et sc̄m sc̄lare in quo
seli hoīes hoc est gētiles ad iudaismū
trāsēntes recipiebat patebat etiā
non solū iudeis. sed etiā talibz gen
tilibus Sanctū vero sc̄lare locū vo
cat atrioz vbi gentiles stabāt ad
orandū post iudeos **Sabbō e. 2. ip̄m post**

Tabernaculū em̄ factū est **an̄tis**
primū in quo erat **an̄de**
labra et mensa **siue** sub
audis mensa vel p̄posito

panū qd̄ dicitur sancto flō de illo d̄
tabernaculo disputaturus ap̄ls h̄c est
qd̄ moyses fecit in heremo. vbi tantūmō
vnu candelabz fuit. sed de templo qd̄
postea salomō edificauit in iherlm̄ vbi
fuerūt plura candelabra **Unde** qd̄
dicit primū nō est referendū ad tēp̄
sed potius ad locū **Diuidit** em̄ illud
templū salomonis bt̄is ap̄lis in duo
tabernacula **Et** primū quidē taber
naculū appellat illā partē templi
vbi erāt candelabra et mensa super
quā ponebātur duodecim panes ca
lidi sex h̄nc et sex inde **Et** sup̄ panes
due patene auree plene thure vna
h̄nc et altera inde **Erātqz** ibi a sab
bato usqz ad sabbatū **Erat** ibi etiā
altare aureū vbi offerēbātur mēsa
thymamatis mane et vespere **Cū**
qua parte templi cōprehēdit altare
holocaustoz qd̄ erat sub d̄no ante
fores templi d̄m **In** qd̄ tabernaculū
licite ingrediebātur sacerdotes et
ministri cotidie **Sed** in autē taber
naculū auro tectū caro est d̄m n̄r
saluatoris qui auctor est vtriusqz
testamēti **Unde** interius vult intel

qd̄

ligi sancta sc̄oz illā viz partē templi
que diuidebatur in pariete viginti
cubitoz et velo qd̄ pendeat ante
parietē vbi intrinsecz erat archa
moysi continēs in se tabulas legis et
vina aurea in qua erat māna virga
qz aaron que fronduerat **Ip̄a** autē
archa plano stemate erat facta ideqz
sup̄ illā erat aurea tabula que appel
labatur p̄piciatorū eo qz inde loq̄batur
d̄ns moysi et sacerdotibz **Et** sup̄ ipsā
archam erāt duo cherubim que alis
suis obumbrabāt tabulā p̄piciatorū
versisqz vltibz respiciēbāt in p̄pici
atorū **In** illud sc̄dm tabernaculū
hoc est in sancta sc̄oz nemo ingredi
audebat nisi solus p̄tifer semel in anno
Acceptoz sanguine in vasculo ingre
diebatur intus oraturz pro populo
Septiadesima die viz septimi mēsis
a festiuitate paschali. que dies quidē
appellabatur dies p̄piciatorū **In**
crastnū autē sequebatur festiuitas
tabernaculoz **S**piritualiter autē
illud primū tabernaculū vbi sac̄dotes
licite ingrediebātur statū p̄sentis
ecclesie significat vbi sūt plura can
delabra sc̄i viz p̄dicatores qui sibi
et aliis lucent verbis et exemplis
vel etiā vbi septē sūt dona sp̄s sc̄i
quibz fidelū mentes illuāntur qu
p̄ fidem in ecclesia p̄sistūt **Est** et
mensa diuina viz scriptura de qua
psalmista dicit parasti in cōspectu
meo mensā meam **Et** est p̄positio
panū in mensa. intellectu viz sacre
scripture que cotidie reficiūtur am
me fidelū **Possumqz** et p̄ panē intel
ligē corpus et sanguinē d̄m qd̄ in
ecclesia cōsecratur **Post** velamentū
autē sc̄dm tabernaculū subaudis est

Quod dicitur sancta sanctorum aureum habens
thuribulum et archam testamenti circumter
tam ex omni parte auro in qua erat
vina aurea habes manna et virga
aaron que fronduerat et tabule testa
menti De his singulis quomodo et
qualiter essent ordinata secundum litteram
paulo superius elucidatum est Quia propter
spiritualia mysteria videamus Velum post
quod erat tabernaculum quod appellatur
sancta sanctorum causa sue dignitatis sicut
cantica canticorum significat celum post
quod sunt interiora patrie celestis Ele
uato velo ingrediebatur pontifex cum
sanguine in sancta sanctorum oraturus pro populo
Et dominus pontifex noster cum sanguine
passionis sue Eadem passione sua porta
reuerato celo sancta sanctorum penetravit ubi
assidue deum patrem orat pro nobis In
sanctis sanctorum erat thuribulum quia christus
in secretis patrie celestis consistit per
que orationes nostras ad deum patrem
dirigimus Archa testamenti circumtectam
ex omni parte auro caro est domini nostri
iesu christi qui auctor est utriusque testa
menti et qui interioribus plenus divini
tate exterioribus fulgebat virtute mira
culorum verborumque celestium In auro enim
solet claritas sermonis designari
Sicut sapientia dixit Contempniscite sapientiam
sicut aurum Vina aurea populus
manna christus est in quo manna divini
tatis est qui dicit Ego sum panis vivus
qui de celo descendi Virga aaron que
fronduerat sacerdotum dignitas que
semper floret in christo Sequitur Super
eam et super archam duo cherubim
glorie obumbrantia propitiatorum Duo
cherubim protegentia archam que
interpretatur plenitudo scientie duo
sunt testamenta in quibus plenitudo est

scientie que tegunt christum qui est propi
ciatio peccatorum quia in divina scriptura latet
De quibus subaudiis omnibus quod myste
rii in se habeant non est modo dicendum
per singula fortassis ideo retineat
quia multis sermonibus opus habebat
sive quia necesse erat capaces omnia
capere His vero ita compositis et ordi
natis que diximus esse tam in primo
quam in secundo tabernaculo hoc est in sanctis
sanctorum In primo quidem tabernaculo
hoc est in illa parte templi ubi al
tare incensi erat et ante cuius etiam
fores erat altare holocaustorum semper
introbant sacerdotes sacrificiorum offi
cia consumantes Non est ita intelli
gendum quod in templo super altare in
censi hostias offerret aut ibi perficerent
sacrificia victimarum Sed potius sacri
ficiorum officia possumus accipere incen
sum ad quod offerendum semper ingredie
batur sacerdotes in templum cum incenso
mane et vespere Sive consumato
et perfecto sacrificio ante templum in
altari holocaustorum semper ingrediebatur
sacerdotes in templum cum incenso
Potest et tertio modo intelligi ut sicut
superius diximus cum templo altare
etiam holocaustorum comprehendit ac per
hoc a parte totum voluerit comprehendere
utriusque tamen pro vero accipi potest
In secundo autem semel in anno solus pon
tifex non sine sanguine que offerret
pro sua et populi ignorantia Secundu
autem tabernaculum in quod solus pon
tifex cum sanguine ingrediebatur signi
ficat interiora patrie celestis Ille
vero pontifex significat christum qui
semel ingressus est sancta sanctorum
intra velum completa passione sua
ut assistat nunc volui dei pro nobis

orans nō pro suis sed pro nr̄is delictis
Nisi forte dicatur orare pro suis p̄t̄
cōmunionē quā habebat cū corpore
suo qd̄ est ecclia Unde dicit in pas
sione sua Deus deus meus respice
in me quare me deliquisti lō e ge
a salute mea v̄ba delictorū q̄
meorū **Quae sūt em̄ verba delic
torū nisi corporis eius qd̄ nos sumus.**
Ipse em̄ petm̄ nō fecit nec iuentū
est dolus in ore eius **Hoc significan
te spū scō nondū placā esse scōr̄ via**
i hoc significāte spū scō ad moysen
nondū venisse xpm̄ qui semel cū
sanguine passionis sue ingredietur
celoz secreta Quasi dicit aliis v̄bis
**Ido solus p̄t̄ifex cū sanguine intra
bat semel in stā scōr̄ ut distans qz**
celestē regnū inaccessibile erat adhuc
mortalibz quo ad usqz veniret x̄p̄s
qz expleta passione sua aperiet
nobis ianuā celestis patrie reserato
velo celo Nondū em̄ erat manifesta
ta sanctorū via ingrediendi in pa
triam celestē. siue nondū manifest
tata via intelligētie qz ignorabāt
hoīes qd̄ significarēt illa mysteria
Nec putemz nos illuc nō posse in
gredi quo p̄t̄ifex noster prior ingressus
est Ipse nāqz dicit ad patrē Pater
volo ut ubi ego sū et isti sint mecū.
Et alibi **Ubi sū ego illuc et minister**
meus erit Et quia adhuc templū
stabat quādo ap̄lus illa loq̄batur.
et munera legalia q̄uis sine causa
ibi offerēbātur. **Ido subiūxit dicens**
Adhuc priore tabernaculo habēte
statū **Quae subaudis res parabola**
est hoc est figura et similitudo tēporis
instantis siue p̄sentis **Qd̄ em̄ age
batur in templo tūc t̄p̄us figura**

erat et similitudo istius veritatis que iā
in ecclia cōpletur. Sequitur **Iuxta**
quā subaudis parabola siue figurā
munera et hostie offerūtur adhuc
ibi a sacerdotibz que munera et
hostie nō possūt perfectū facere ser
uientem iuxta cōscientiā Cōscientia
dicitur cordis sciencia p̄ quā intel
ligitur mens hoīs Illa inquit mu
nera carnalia nō poterāt p̄fectū facē
seruientē in lege iuxta p̄fectionem
mentis. quia nō valebant mentem
iustificare dū nō tollebat gramora
petā Nemine em̄ ad p̄fectū dixit
lex Sed in quibz ex maxima parte
et mūdatio legis cōstabat subsequen
ter ostendit inquit **Solumō in**
cibus et potibus et variis baptisma
tibus et iusticiis carnis Subaudis
videbatur p̄fectū facē seruientem
vsqz ad tēpus correctionis et melio
rationis emendationis **impositis istis**
iusticiis carnis Hec iusticie carnales
in differētia ciboz et potū et variis
baptismatū vel lauationē vsqz ad
tēpus dñi aduentus impositae
fuerūt sicut reliqua que in figura
gerēbātur. Dñō autē aduemente
correcte sūt et hoc emendate et in
melius mutate **Nā p̄ mūda aīalia**
que lex p̄cipit ut edantur signifi
cantur mūda opa **P̄ mūda v̄o**
aīalia mūda opa intelligūtur
a quibus abstinentū est **P̄ potus**
vero mūdos doctrinā ecclēsticorū
v̄roz **P̄ mūdos vero hereticorū**
in hylomiz intelligē debemz **De**
baptismatibz vero iudeoz plenius
in euāgelio marci legitur vbi v̄tu
perabātur pharisei dñi et discipu
los eius non lotis manibz mādicare

Omnes enim lauaciones illorum nomine
 baptismatis designat. Ali-
 quando autem manus solum
 modo lauat, aliquando pedes
 aliquando totum corpus. Quando autem
 aliquid immundum contingit aut etiam
 si ad mortuum ingrediuntur. Sed frustra
 lauat manus totumque corpus dum
 contempnunt fontem saluatoris ablu-
 ti. Nam quod per prophetam dicitur. Lauamini
 mundi estote et mundum qui fertis
 vasa domini. Illi solummodo carnaliter intelli-
 gebant cum potius de lauacione bap-
 tismatis christi et mundicia operum sit.
 Ista omnia imposita erant usque ad tempus
 correctionis. hoc est usque ad tempus domini
 aduentus. Postea vero immutata sunt a
 christo in melius quod dum ~~carne~~ obserua-
 batur carnaliter obseruabatur mundi-
 ciam corporis implebat. Dum vero spiri-
 tualiter ceperunt obseruare mundicie car-
 neriter ceperunt operari. **Domina in passioe**
Xpus autem assistens pontifex
 futurorum bonorum pampius
 et perfectus tabernaculum
 non manufactum et non huius creationis.
 Pontifex iudeorum qui semel in anno cum
 sanguine introibat intra velum in sancta
 sanctorum oraturus pro populo christum signi-
 ficabat sicut iam in multis locis decla-
 ratum est. Qui cum sanguine passionis
 sue referato celo ingressus est secreta
 patrie celestis ubi nunc assistit volui
 dei patris orans pro nobis. Pontifex
 autem futurorum bonorum duobus modis
 appellatur. Futura bona quippe nobis
 administrant fuerunt verba celestia pas-
 sio illius resurrectio, baptismus
 remissio peccatorum, perfectaque iustificatio.
 Huc idcirco futura bona appellatur
 quia in sternis pfigurata sunt etiam

quia predicta sunt in diuinis oraculis.
 Altiori autem intellectu futura bona pos-
 sumus accipere gaudia celestis patrie
 que nobis per christum administrata sunt.
 Unde et pontifex appellatur eo quod ponte
 et viam iusticie viamque ad patriam
 celestem ascendendo nobis exhibeant.
 Alia translatio habet christus adueniens
 pontifex futurorum bonorum. Nisi enim
 venisset nequaquam hec futura bona no-
 bis administrasset neque assistet volui
 dei patris pro nobis. Notandumque quia
 non dixit apostolus simpliciter illum assistere
 sed per tabernaculum. Christus etiam copiatius
 gradu dicens amplius et perfectus. Taber-
 naculum autem per quod assistit deo patri
 et humanitas illius est, quoniam nisi homo
 fieret nequaquam deo patri assistere posset.
 Tabernaculum ergo domini corporis sui am-
 plius est tabernaculo moysi taberna-
 culo quoque salomonis, quia illa mani-
 bus carnalium hominum sunt facta. hoc
 vero intra uterum virginis sine semine
 virili totius imitatis opere effigiatum
 est. Quia in hoc est amplius et manus
 illis tabernaculis, quia diuinitas verbi
 que tota non potest comprehendi in taber-
 naculo manufacto in illo homine paleissime
 requiescit. Perfectus siue sanctus in hoc
 est illis tabernaculis quia cum neutrum illorum
 sibi ministrantes sanctificare perfectosque
 facere posset, illud tabernaculum ad se
 accedentes et a peccatis mundare et per-
 fectos facere potest. Sed dixit non mani-
 factum exposuit ipse dicens id est non huius
 creationis, cuius nos sumus, quia non
 fuit virili semine concretum. Iste est
 lapis quem vidit daniel abscisum de
 monte sine manibus, hoc est de populo
 iudeorum natum sine semine virili et coitu
 masculi. Neque per sanguinem iudeorum

aut vitulorum sed per primum sanguinem
introiuit semel in sancta eterna redemp-
tione muenta. Non enim sanguine legalium
animalium a quo perfecta iustificatio non potest
dari. sed cum sanguine passionis sue in-
troiuit in patriam celestem. quo sanguine
omnes sunt redempti perfecteque iustificati.
non temporaliter sed eterna redemptione.
De qua redemptione dicitur per zachariam
patrem iohannis. Visitauit et fecit redemp-
tione plebis sue. Redemptio autem ad
captiuos pertinet. et nos captiuos eramus.
captiuati a dyabolo in primo parente nostro.
Si enim sanguis hyrcorum et thaurorum
et ceteris vitule aspersus inquinatos
sanctificat ad emundationem carnis
quantomagis sanguis christi qui per spiritum
sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo
emundabit conscientiam nostram ab operibus
mortuis ad seruendum deo viuenti. Si
sanguis animalium irrationabilium po-
terat carnem mundare. et sicut tunc
typus videbatur sanctificabatur. si quis
inmundus aspersus fuisset illo sanguine.
multo magis sanguis christi poterat
mundare animam et plenissime iustifi-
care. Sed ne quis putaret plenam
iustificationem et emundationem puenire
aspektione illius sanguinis legalis. subin-
tulit apostolus carnem emundationem secundum
legem pilludari. quasi dicitur Sanctifi-
catur quidem caro et emundatur per legis
preceptum sed in anima non expiatur. Addi-
dit quoque differentie causa per quam de-
monstrauit illum sanguinem animalium non
esse immaculatum dicens de christo. Cum per
spiritum sanctum semetipsum obtulit deo ima-
culatum. Spiritus sanctus qui repleuit illum
hominem in utero virginali custodiuit
eum ut absque peccato ab hoc mundo transiret
essetque immaculatum sacrificium in odore

deo patri. Emundauit conscientiam nostram
et mentem nostram ab operibus
mortuis. Operibus Opera mortua sunt peccata
que crimina occidunt. Sicut enim anima
vuit virtutibus. que opera vite appellatur
ita moritur viciis et peccatis simulque
trahitur ad mortem eterne perditionis.
Et bene dicitur ab operibus mortuus. Si
quis enim in lege tangebatur mortuum
polluebatur. cum aspektione sanguinis
postea mundabatur. Similiter qui tactus
fuerit per opus mortue anime inquina-
natur. et tamen per fidem diuine passio-
nis mundatur. Cui enim tetigerit per
peccatum inquinabitur ab ea. hoc est si per
penitentiam et gratiam baptismatis quis
fuerit ablutus ab operibus mortuis si ea-
dem iterum contingit contaminabitur.
Sequitur. Ad seruendum deo viuenti.
hic apertissime ostenditur quod opera mor-
tua habentes non possunt seruare vero et
vivo deo quod illa mortua et falsa sunt.
Si enim qui mortuum aut aliquid inmundum
tangebatur non oportebat eum intrare
in templum. quantomagis quod opera mor-
tua habes non potest intrare in celum.
Et ideo noui testamenti mediator est.
ut morte intredete sue intueniente
in redemptionem earumdem peccatorum
in que erant sub primo testamento
remissionem accipiant qui vocati sunt
eterne hereditatis. Vbi enim testamentum
est. mors necesse est intercedat sine
intueniat testatoris. Testamentum enim
in mortuis confirmatum est. alioquin
et aliter nondum valet firmum esse testa-
mentum dum viuunt ille qui testatus est.
Leges humanas apostolus hic videtur tan-
gere que solent testamentum quod alter
alteri facit de hereditate sua in firmum
facere quousque testator illo testamento

morte intuentem discessit. **M**ortuo vero illo testatore qui testamentum fecit omnino iam firmum manet. In hunc modum testamentum vite eterne quod a christo accepimus non aliter nobis firmum manere poterat nisi ipse illud morte sua roborasset. Tantum enim peccatum nostrum erat ut aliter non potuissemus redimi et saluari nisi unigenitus dei filius pro nobis moreretur. Et quia ad illud consequendum quod ipse promiserat indigni eramus, ipse nobis morte sua mediator factus est, ut per suam mortem indebitam illam que nobis debebatur auferretur. Et quia fortassis poterat minus perfecti dubitare de promissionibus domini maxime ex eo quod mortuus est quasi infirmus. **S**ed apostolus ponit exempla ex communibus consuetudine legum humanarum ostendens quod non viventibus testatoribus, sed morientibus firmantur testamenta fortitudinemque accipiunt. Quoad enim vivit testator potest imutare sententiam suam et alios atque alios heredes adducere in hereditate sua. Quapropter volens apostolus firmum esse testamentum quod christus dimisit nobis dicens dicit. Ideo inueniens christus novum testamenti mediator est ut morte sua intuentem in redemptionem illarum iniquitatum que non poterant auferri vel deleri in primo testamento. Deleat autem sunt per eius passionem ut remissio eterne hereditatis accipiant illi qui vocati sunt eterna vocatione. **N**am non loquitur hic de generali vocatione de qua dominus ait. Multi sunt vocati pauci vero electi, sed de illa de qua idem egregius predicator dicit loquens de electis. Quos presertim hos et predestinauit, et quos predestinauit hos et vocavit, et quos vocavit

hos et iustificavit, et quos iustificavit hos et magnificavit. **T**itulum autem eterne hereditatis ex parte in presenti seculo iam possidemus nobis a domino datum cum evangelium vix illius quod observatores suos eternaliter facit cum deo vivere. gratia sancti spiritus remissionem peccatorum, cognitionem suam et pacem quam nobis reliquit pergens ad passionem. **P**acem inquam relinquo vobis. **I**stius quidem hereditatis titulum quasi arram in presenti habemus sed perfectius nobis complebitur cum erit deus omnia in omnibus, cum tradiderit christus regnum deo et patri, cum fuerimus producti ad gaudia patrie celestis. **I**n qua futuri sunt electi sicut angeli dei in celis videntes deum sicut est. **E**t hec erit perfecta hereditas electorum quam christus in morte sua confirmavit. **U**nde hoc est quia testamentum in mortuis confirmatur. **N**ec primum quidem testamentum sine sanguine dedicatum est et confirmatum et consecratum. **L**ecto enim omni mandato legis a moysi uniuerso populo accipiens sanguinem vitulorum et hyrcorum cum aqua et lana coctinea et ysope, ipsum quoque librum et omnem populum aspersit dicens. **H**ec sunt que precepit dominus. **O**mnia ista in figura agebantur. **N**am vitulus est ille qui plerumque hostia sacerdotis erat christum significat qui verus sacerdos existens vitulum hoc est semetipsum obtulit deo patri in ara crucis. **I**ste est vitulus quem pius pater martauit pro reuersione filii proditi vel prodigi hyrcorum qui pro peccato offerbatur eundem christum significat qui pro peccatoribus oblatum est. **I**uxta quod idem apostolus alias dicit. **E**um qui non nouerat peccatum deus pater pro nobis peccatum fecit hoc est.

hostia pro peccato **Q**d em vetus
testamentu sanguine respersu est
ad confirmacione. sicut et populus
typice significabatur sanguine passio
nis xpi nouu testametu confirmadu
et populu credentu mudandu. Quia
autem qua populus aspergebatur aqua
est baptismatis qua fideles pfunduntur.
Vana coeterna caritas est xpi
qua pro nobis passus est. et de qua
alibi dicitur **Sic deus dilexit mundu**
vt filiu suu unigenitu daret pro
mundo. **Ysopus** est herba humilis et
in petra nascens. p qua humilitas
designatur xpi et fortitudo qua
interiora nra purgantur. **Na** huius
herbe herbe genere pulmonu vicia
soler purgari. **Potest** et p ysopu
penitencia intelligi que fortit pacta
interiora vicia mens purgat. **Hic**
sanguis testameti qd mandauit
ad nos deus. Quasi dicit **hec est**
confirmatio huius testameti qd ma
dauit ad vos deus. Ille sanguis pfi
gurabat illu sanguine qui de latere
xpi in cruce manauit. **hec sanguine**
xps nos aspersit et testametu
suu confirmauit. sicut ipse dixit
hic est sanguis noui testameti in
remissione peccator. **Eia** tabernacu
la et oia vasa mysterii sanguis
sicut aspersit. **Tabernaculu** illi
intelligendi sut. de quibz per
pphetu dñs loquitur dices
Inhabitabo in illis et inambulabo
Et de quibz apulus alias dicit **Tem**
plu em dei sanctu est qd estis vos
Vasa autem diuersa fideles in ecclesia
sut diuersa officia habetes. **Quida**
etiam sut vasa pdicationis sicut
apulus. **De quo dñs ad ananiam**

dixit **Das** electionis est michi iste
Quida vero diuersos gradus ac varia
officia habet que ide egregius pdica
tor comemoras dicit. **Alu** datur per
spm sermo sapientie. **alii** sermo scientie
alii pphetia. **alii** gratia curacionu. et
alii atqz **alii** diuersa dona habet. que
singulis horu diuidit spūs scūs put
vlt **Tabernaculu** ergo et oia vasa
illig sanguine asperguntur qz vniuersalis
ecclesia cu oibz sibi ministratibz san
gome passionis xpi mudantur. **Se**
quitur **Et pene in sanguine mudantur**
oia sedm lege et sine sanguis effu
sione no fit remissio. **Quare** dicit
pene in sanguine mudari oia sedm
lege. **Quonia** in illis no erat pfecta
mudatio neqz pfecta remissio. **Corpa**
em quantu ad lege ptinet mudaba
tur aspsione siue effusione sanguis
caualu leuiqz pctu relaxabatur. **Sed**
in hoc qz maiora emia no tollebat
neqz pfectu hoem reddebat. no erat
pfecta mudatio. **pfecta** autem mudatio
et remissio in sanguine xpi consistit qui
pro nobis effusus est in remissione
peccator. **sine** cuius sanguis effusione
nemo redimitur. **Necesse** est ergo
exemplaria quide celestiu hinc sacri
ficis et aspersombz mudari. **Ipsa**
autem celestia melioribz hostiis mudan
tur qz istis. **Sacrificia** legalia exem
plaria r figurata et similitudine vocat
Ista autem que modo in ecclesia in veri
tate celebrantur. celestia appellat. id est
spualia. qm spualia sut et spualit
sunt agenda. siue celestia eo qz illos
qui in veritate celebrant ad celestia per
ducant. **Exemplaria** quide celestiu misse
rior ac reru que in lege agebantur
in figurata istoru que in ecclesia modo

complementur necesse erat mundari ta-
libus sacrificiis typicis et aspersio-
nis figuratiuis quia non habebat vera
Ipsa autem celestia et spiritualia que in
veritate modo in ecclesia celebrantur
melioribus hostiis mundantur quam istis
legalibus sanguine vii passionis christi
Nam quia queerebantur vera sacrificia
quibus perfecte homines mundari possent
nec inueniebantur necesse fuit tandem
manere illa usque vera aduenirent
Non enim in manufactis sanctis ihesus
intromittit exemplaria verorum sed in
ipsu celu ut appareat nunc voluntati
pro nobis Non intromittit inquit ihesus
in manufactis sanctis que subaudi-
sunt exemplaria verorum manufacta
sancta appellantur sancta sanctorum que primo
manibus beylehel facta sunt in heremo
ac postea filiter manibus operatorum
in templo salomonis in que non intro-
iuit ihesus sed in ipsu celu quod non ma-
nibus hominum factu est sed iussione et
voluntate dei verbi extensu Igitur
illa fuerunt exemplaria et figure verorum
quia ista vera sancta sanctorum figurabant
que christus semel intromittit Intromit
dicitur ihesus secundum id quod homo est Nam
secundum id quod deus est ubique est et omnia
implet Nec in manufactis hominum in-
tromittit sed in celu iussione dei creatu
Nec hanc sola differentiam ostendit sed
etiam pontificem proximam vel factorem
ut appareat inquit voluntati dei pro
nobis hoc est ut semetipsum exhibeat
presencie paterne nobisque illu propitiu
reddat Unde iohannes dicit Aduocatum
habemus apud patrem ihesu christum
iustum et ipse est propitiatio pro peccatis
nostris Legit ut sepe offerat semet-
ipsu quemadmodu pontifex intromittit in

sancta per singulos annos in sanguine
alieno Alioquin oportebat eum pati fre-
quenter ab origine mundi. Non est
christus ad hoc ingressus in sancta sanctorum
ut sepe semetipsum offerat quemadmo-
dum iudeorum pontifex intromittit in sancta
sanctorum per singulos annos. neque cum san-
guine alieno sed cum suo. quoniam
ipse qui est sacerdos et sacrificium
semel se obtulit in ara crucis ac
vero resurgens a mortuis iam non
moritur mors illi ultra non dominabitur.
Nec est necesse ut ultra moriatur.
Quoniam ad salutem omnium credentium
satis sufficit vna passio eius. alio-
quin hoc est si aliter esset. ut semel
passus non proderet omnibus sepius
oportebat eum crucifigi ab origine
mundi hoc est. quot fuerunt electi et
quot futuri sunt pro singulis mori
illu oporteret si eos redimere vellet
Sed noluit nisi tantu semel mori quia
vna morte illius redemptio facta
est. Nunc autem semel in confirmatione
hoc est in fine seculorum in nouissima
etate ad destructionem peccati per
hostiam suam apparuit. hoc est pro corpore
suum quod fecit hostiam pro peccato Semel
inquit in fine seculorum ob hoc apparuit
ut per hostiam suam destrueret peccatum
merito tunc apparuit quando multa
erant peccata ut ostenderet diuitias gratie
sue Si enim in principio fieret fortassis
nullus crederet Et hoc semel in con-
firmatione seculorum propriu sanguine
non per alienu

Et quemadmodu statutum est
hominibus semel mori post hoc
autem iudicium. Sic et christus
semel oblatus ad multorum exhaurienda
peccata. sed sine peccato apparebit

et expectantibus se in salutē. Sicut
hominibus statutū ac decretū est ut
nō possent mori nisi semel. postea
autē accipiāt iudiciū. hoc est put
vnguisq; gessit in corpore siue
bonū siue malū. Sic et xp̄s semel
oblatū a semetip̄o ad multoz tol
lenda pctā. Nō amplius potest
mori sed nec indigemq. Notandū
autē ad multoz tollenda peccata
illū esse oblatū et nō om̄i quomā
non om̄s credituri sūt. Tale ~~quoddā~~
quoddam et ip̄e dñs aplis ait hic
est sanguis meus noui testamēti
qui pro vobis et pro multis effin
detur in remissione pctoz. Quod
autē sequitur sc̄do sine pctō appa
ret expectantibus se in salutē. Tale
est ac si dicit. Primum quidē appa
ruit ille p̄ hostiā suā hoc est per
corpus mortale qd̄ fuit hostia pro
peccato. Sc̄do autē apparebit sine
hostia pro pctō. quia nō erit hostia
iam pro pctō sicut prius fuit. Nō
em̄ poterit demit̄ps mori. Sicut
em̄ vnusquisq; nostrū post mor
tem recipit iuxta opa sua ita xp̄s
demicta morte et adeptō regno.
Sc̄do apparebit expectantibus se in
salutē ut iuste vindictē suos qui
iniuste passus est ab aliens. Re
lior est hec apparitio expectantibus
se in salutē. q̄ cōmuni visio de
qua dicitur. Videbit em̄ eū om̄s
oculus. et qui eū ~~uigug~~ pupu
gerūt. hoc est sc̄do appare sine pctō
iam nō videri in similitudine carnis
pcti. sed nec alioz pctā potētē in
corpore suo sicut lignū sicut in p̄mo
aduentu fecit nec intuenre ampliq;
pro pctis sed vindictā exercē in pctis.

Umbra em̄ habens lex
futuroz **Capitulum Decimū.**
honorū nō ipsa yma
gine rerū p̄ singulos annos eisdē
ipsis hostiis quas offerūt indefi
nitē p̄ singulos ānos nūq; potest
accedētes ad se p̄fectos facē. Quid
verborū est. habens lex umbram
hic futuroz bonoz nō ipsa yma
ginem rerū. potest nūq; accedētes
~~p̄fectos~~ ad se p̄fectos facē eisdē
ipsis hostiis quas offerūt indefi
nenter p̄ singulos ānos. Futura
bona duob; modis intelligenda
sūt. viz vel sacramēta que in veri
tate in xp̄o et in ecclesia cōpleta
sūt que futura erāt ut venirent
vel etiā gaudia patrie celestis. Um
bram autē vocat figurū et similitu
dinē. Imaginē autē pro veritate
ponit. Multipharica igitur sacra
menta xp̄i et ecclesie p̄ figuram
ostendebat. donec veniret ipsa
veritas xp̄s. qui interiorē eiusdē
figure sensū data gratia sp̄s
sancti ecclesie sue patefaret simul
q̄ moriendo in cruce oīa illa sacra
menta reuelaret. Illūq; em̄ potuit
accedētes ad se p̄fecte mūdare eisdē
ipsis hostiis quas semp̄ offerēbat
ip̄i sacerdotes p̄ singulos ānos. Cas
dem em̄ ipsas hostias offerēbant
oībus annis irrationalēs arctos
viz boues hircos turtures et colū
bas. Sequitur. Alioquin cessēt
offerri ideo q̄ nulla haberet ultra
conscienciā pcti illius cultores
semel mūdati sed in ipsis cōmemo
ratio pctōrū p̄ singulos annos fit.
Alioquin hoc est si ab oībus pctis
mūdati essent. cessassent offerri ille

~~causis~~ ~~causis~~ vero incensu. Sicut
holon vitreū r totū vitreū. Si holocau
stomata et pro pctō nō placebat ei
queri potest quomō tūc mūdabatur
ad qd' respondendū est. quia fide et
penitētia digna mūdabatur Sicut
mūdatus est dauid a pctō adulteri
et homicidii. Perfecta autē mūdatio
in xpī aduentu data est. In capite
libri scriptū est de me vt faciā deus
volūtate tuā. De huius libri capite
diuersa a doctoribz disputatur. Qui
dā em̄ intelligūt hīc incensū genēsis
Vbi scriptū est qm̄ in principio r in filio ferit
deus celū et terrā. Quidā primū
psalmū quē quidā referūt ad xpī
Quidā ad quēlibet electū In quo
dicitur In lege dñi volūtās eius. Sed
qz in hīs nichil de morte xpī pfigu
rabat. de quo ap̄lus sermone p totū
hūc locū habet. melius videtur in
telligi de incensu libri leuitici dictū.
Cui liber cū totus de sacrificiis et hostiis
cōtineatur. Primū quidē sacrificiū
de vitulo offerri p̄cepit dices Si quis
ex vobis sacrificiū offert dño de pe
coribus masculū offerat dño imacu
latū offerat hoc est vitulū de bubus
sive armento. Vitulus iste de bu
bus assumptus atqz in sacrificiū ob
latus xpūs est de genere patriar
charū ortus et pro salute generis
huām imolatus. Dicit ego ih̄s
ad patrē. quia sacrificia irrationa
bilis aīaliū tibi nō placebūt. eo
qz p̄fecte hoīem mūdare nō possūt
Ecce venio in mūdū p̄ incarnatoris
mysteriū In capite etēn libri leui
tici scriptū est de me vt volūtate
tuam faciā r vt moriar p̄ salute
generis huām. Volūtās em̄ dei patris

fuit vt filius sua passione genus hu
manū redimēt. Unde ip̄e filius appro
pinquās sue passiōis dicit Sed ut
cognoscat mūdus quia diligo patrē.
et sicut mandatū dedit michi pater.
sic facio. Surgite eamqz ad passiōem
Superiqz dices qz hostias et oblatiōes
et holocaustomata pro pctō noluisti
 nec placita sūt tibi que scdm̄ legē
offerūtur. tūc dixi ecce venio ut faciā
deus volūtatem tuā. Auferet primū.
subaudiis testamētū. dñi eius obla
tiones respuit. vt sequens testamētū
statuat r stare et pmanere faciat.
In qua volūtate dei patris quā filius
adimpleuit sanctificati sumus in bap
tismate p oblationē corporis ih̄s xpī
semel. Sed dicit semel tale est ac si
dicit Sanctificati sumus in bap
tismate p oblationē passiōis quā xp̄s cele
brauit semel. Et oīs sacerdos legis
presto est altari cotidie ministrans
et easdē sepe offerens hostias que nūqz
possunt auferre pctā subaudiis cri
minalia atqz capitalia. hūc autem
haur dubiū quin xp̄s vncam pro
pctis offerens hostiā in sempiternū
sedet ad dexterā dei. de retoro expectās.
donec ponatur in m̄m̄i stabellū pedū
eius. Ministrare sive offerre signū
est ministratiōis. p qd' intelligitur
hūilitas xpī. de vero sedere signū est
iudicātis et dominātis et ut ei mi
nistretur. p qd' ostenditur exaltatio
et gloria dei. Etiam qui hūilis quidē
fuit vel apparuit. Nūc autē exaltatus
sup omēm creaturā habitat in pleni
tudine paternae maiestatis expectans
et cōsiderās tempus de reliquo quando
iudicet orbē terre. Et cuius rei causa
fiat ista dilatio exponit dicens. Ut

Auferet

Ut ponantur inimici eius scabellū
pedū eius Inimici eius sūt uidei here
tica et falsi xpiani om̄sq; infideles
qui subiciendi sūt potestati illius
Hic et necessaria subauditio potest
intelligi que ptineat ad reprobos
in nequicia p̄manētes. et volūta
ria que ptineat ad electos qui dese
rentes viam nequicie sponte subdūt
se xpo p̄ fidem Illi sacerdotes
iudeorū multas cotidie offerendo
hostias nō potuerūt auferre pctā
xp̄us autē semel semetip̄m offerēs
abstulit pctā mūdi et sedet nūc in
gloria dei patris Vna em̄ oblatio
cōfirmavit in sempiternū sacrificia
tos et semel offerens p̄fectos fecit
sificatos in sempiternū Contestatur
autē et nobis sp̄s sc̄s Hostiā em̄ dixit
hoc autē dixit Testamentū qd̄ testabor
ad illos post dies illos dicit dñs
dabo leges meas in cordib; eorū
et in mentes eorū sup̄scribā eos et pctōz
et m̄itatu eorū nō erodabor amplius
Contestatur et nos sp̄s sc̄s idem
testimonio suo vmbra nr̄a cōfirmat
nō solū p̄ psalmistā sed etiā p̄ p̄phe
tam qz ille hostie iam nō sūt of
ferende In sequentibus verbis
defectus est sentētie satis necessariū
Quapropter dicitur ita postq; dix
it on̄potens deus pater p̄ iheremiam
p̄phetā Hoc est autē testamentū qd̄
testabor ad illos dicit dñs dabo le
ges meas et Ostendens iam non
fore demēps necessarias hostias
p̄figuratas. Ad etiā ap̄lus mani
festauit dñi subdit Vbi autē hor
pctōz remissio nō est iam necessaria
oblatio p̄ pctis. Nā postq; testame
tū adimpletū est qd̄ deus p̄ p̄phetā

pro pctis p̄mittebat statim ille hostie
finē receperūt. quia uemente veri
tate vmbra discessit. Notandum
ergo qz ubi recordatio pctōz nō
est que in baptisate p̄ fidem
passionis dñice dimittitur iā nō
est nōcia oblatio legis pro pctis
Habentes itaq; fratres fiducia in
nitritu sc̄oz in sanguine xpi quā
iniciavit nobis viā nouā et vi
uente p̄ velamē et carnē suā et
sacerdotē magnū super domū dei.
Hactenus ostēdit p̄ticipatō hostiaz
tabernaculi quoz et testamenti
et remissionis distancā multāq;
differenciā. Nūc invitado hortat̄
accedē ad ea q̄ p̄ xpm̄ in ueritate
aduenerūt nobis deus auctoritatē
de magno p̄ticipatō dicit̄ Propterea
inquit multo plus habem; fiduciā
p̄ sanguinē xpi mūdariq; illi qui car
nalit̄ hostias offerēbant qz hostia
nr̄a uera et rationalis est In
tantū em̄ maiore fiduciā habem;
in ingressu celozū p̄ sanguinē
xpi. in quātū magis coheredes
effecti sum; Nullus aliter ad do
na sp̄s sc̄i puenire ualebit nisi
p̄ fidem siue fiduciā et viā nouā
et uiuentem quā iniciavit nobis
xp̄s. hoc est iniciū utendi dedit
Viam uero nouā dicit fidem
nouā que p̄ xpm̄ data est. siue
exemplū hūilitatis p̄ qd̄ ipse
prexit hūilians semetip̄m usq;
ad mortē. Possim; et nouam
viā accipere. aditū patris celestis
nobis p̄ xpm̄ referatū. qm̄
idcirco noua uia appellatur. qm̄
nulli ante ingressibilis fuit

hostie. eo q̄ nullā haberet cōscienciā i
 memoriā et recordationē peccatorū illorū
 a quibus cultores illoz semel mūdāt
 essent. Sed qz hoc nō potuit fieri et
 nūq̄ potuerūt maiora cōmālia peccā
 illis sacrificiis mūdari sūt p̄ singulos
 ānos cōmemoratio peccatorū in ip̄is
 hostiis. Verbi gratia. Si obtulisset q̄s
 p̄nti anno hostias pro peccato aut adul
 terii aut sacrilegii aut patricidii
 necesse erat oībus annis ut id ager̄.
 quomā nō poterat p̄fecte expiari ab
 ullo piaculo. Proinde accusatio peccatorū
 fuit qd̄ fiebat nō solutio. accusatio
 infirmitatis nō virtutis ostensio.
 In eo em̄ qz offerēbātur redargutio
 peccatorū erat. In eo qz semp̄ offerēbā
 tur redargutio infirmitatis eiusdē
 sacrificii. Propter hoc inquit impera
 uit semp̄ offerri p̄pter infirmitatē
 qz nō poterat p̄fecte mūdare et ut
 memoria et redargutio peccatorū fier̄.
 Quid ergo dicendū est. Nūq̄d et
 sacerdotes n̄rī cotidie idem non
 agūt dū offerūt assidue sacrificiū.
 Offerūt quidē sed facientes ad recorda
 tionē mortis eius. Et qz nos cotidie
 peccam̄ et cotidie indigem̄ mū
 dari qz ille iā nō potest mori de
 dit nobis hoc sacramentū corporis
 sui et sanguis. ut sicut passio re
 demptio et ablutio fuit mūdi. Ita
 etiā ista oblatio et redemptio et
 mūdatio sit oībus in vera fide offe
 rentibz bonā intentionē habētibz.
filiū suū pro nobis oībus tradidit.
Ysaac autē ipse sibi lignū gestabat
quibus ipse erat imponendū. **Q**uia
xps sic portabat in humeris suis
lignū crucis in quo erat crucifigēdū.
Aries significat carnē xpi. **Y**saac
oblatus est et nō interfectus sed aries
tantū. quia xps in passione oblatus
est sed diuinitas illius n̄ passibilis
pmanfit. **F**ide de futuris benedixit
ysaac iacob et esau. **F**ide de futuris
benedixit eis. quia iuxta qd de hīs
impratus est ita postea oīa illis

credidit euenire et que futura illis
erant ea benedicens optauit. **P**otest
et aliter intelligi de futuris misse
rns benedixit eis. quia iacob figurā
xpi siue populi xpianam gestabat.
Esau vero iudici. **F**ide iacob me
riens singulos filios ioseph bene
dixit et adorauit fastigiū virge
eius. **L**egimus in genesi. qd audiens
ioseph egrotare patre suū venit ad eū
et obtulit ei duos filios suos effraym
et manassen ad benedicendū. **C**ui fide
habens oīa illis euenire iuxta qd eis
exorabat benedixit eos. **I**dcirco autē
dicitur singulos illoū benedixisse quia
sup vtrūq; ppriam benedictionē fudit.
Resolutq; immorē ante maiorē. **Q**uomā
pudebat postea de futuris. **Q**uodq;
sequitur. adorauit fastigiū virge eius
r virge ioseph. **D**upliciter potest intelli
gi. **S**piū quippe pphético afflatus
iacob cognouit designari p illā vgn̄
ioseph regnū xpi. fastigiū vero idē.
similitatem virge potentia et honore
regni xpi. **D**e quo psalmista dicit.
Virga recta est virga regni tui. **E**rgo
nō vngā adorauit pro deo sedm ritū
gentiliū qui ydola colebant. sed in vgn̄
xpi eius regnū et potentia pūdebat
prefigurari in illa. **Q**uantū vero ad
litterā pertinet fortassis sedm consuetudi
nē illius tpris adorauit vngā ioseph
quem videbat dnm esse totius egypti.
ea ratione qua et hester legitur adorasse
vngā assueci. **F**ide ioseph moriens de
profectione filior israhel memoratus est
et de ossibus suis mandauit. credens oīa
vera esse que pmiserat patribus corū
precipue qd dixit abrahā. **S**cito p̄nosces
quia peregrinū erit semen tuū in terra
aliena maleq; tractabit illos annis

Quadringentis Verūtamē genti cui
 seuerim iudicabo illos ego dicit dñs.
 Et post hoc reuertentur in terrā patriā
 promissā. Nequaquā ego de suis ossibus mādaet
 ioseph nisi fide plena speraret reditū
 eorū in terrā regniūssionis. Dicit em
 eis Visitans visitabo vos dicit dñs
 post dies multos. & efferte ossa mea
 hinc vobiscū. et nō solū tribus ioseph
 ossa patriā suā deportauit secū p̄ desertū
 in terrā regniūssionis sed etiā relique
 tribus om̄i patriarcharū ossa secū debu
 lerūt sepelirentq; ea in sychem que
 euenit in possessionē tribus ioseph.
 Nā et abrahā Isaac et iacob in spelūca
 duplici manbre vel arbe quā abrahā
 emebat a filiis hecht. sepulti sūt cū
 sarā et rebecca et lia. vbi et adam cū
 eua quiescebat sepultus. Fortassis
 aliquis querit que causa extiterit vt
 om̄s illi sancti patres in terra promif
 sionis maluerūt sepeliri q̄ in alia
 terra. Cui respondendū est. Non curam
 habendo sepulchrorū hoc agebat sed potius
 quia p̄ spiritū sanctū p̄uidebat dñm
 in ea terra genus hūanū redempturū
 ibiq; resurrecturū sumoq; desiderio
 ibi sepeliri optabat quatinus eo resur
 gente pariter cū eo resurgeret. Nos
 autē nō debemus pusillanimes fieri
 vbiq; sepeliāmur cū plurimoz mar
 turū nestiamus vbi eoz corpora gloriōsa
 iaceant humata. Fide moyses natus
occultatus est mensibus tribus a pa
rentib; suis eo q̄ vidissent elegantem
infantem et nō timuerūt regis edictū.
 Nō sua fide occultatus est moyses quia
 adhuc fieri nō poterat sed fide patētū
 suorū patriā s̄z et matris qui fidem
 habētes q̄ omnipotens deus posset eū
 liberare et custodire. Et custodierūt

illū tribus mensibus. **D**emde vero cū
 nō potuissent eū celare prop̄ vagitū
 illū ponebat eū in fistellā serpeā
 posuerūtq; eū in cunctū fluminis.
 Edictū em̄ huiusmodi regis erat vt
 om̄s pueri in flumen iactarentur.
Sed quid est qd̄ dicit nō timuisse eos
 regis edictū. si nō timuerūt. quare
 custodierūt. In hoc ergo timuerunt
 quia non sūt ausi eū retinē. In hoc
 vero quasi eū nō timuerūt. quia non
 proiecerūt illū in apertū flumen sed
 in fistellā posuerūt eū s̄z miserunt
 eū in cunctū fluminis habētes
 spem atq; fidem qd̄ omnipotens deus custo
 dieret eū. Quapropter ac si nō timuisset
 ita reputatū est illis. Unde ego isti spe
 raueūt saluare puerū nisi p̄ fidem. Vide
 runt inquit elegantē infantē. Siquidē
 ab ortu natiuitatis magna fuit illi
 infusa gratia venustatis nō natura
 hoc operāte q̄ natus est honestus infā
 tilis sed gratie diuine dono. qui etiā
 barbarā illā mulierē egyptiā v̄z
 filiā pharaonis ad hoc excitauit vt
 amaret eū vt sumeret vt nutriet.
Fide moyses grandis factus negauit
se esse filiū filie pharaonis magis
eligens affligi cū populo dei q̄ tem
poralis peccati habere iocunditatem.
maiores diuitias estimas thesauro
egyptiorū improperū v̄z afflicte
bat em̄ in remuneratione. Tamq̄
si diceret ad eos quibus hec scribebat.
 Nullus vestrū dimisit aulā regiam
 amplam et clarā neq; tales thesau
 ros. neq; cū posset filius regis esse
 contempsit sicut moyses fecit. Cui
 non solū contempsit filius esse regis
 sed etiā abnegauit. Cdo quippe
 p̄posito noluit admirari egyptiāci.

plenitudinē regni magis eligens cū p̄lo
dei affligi q̄ tēporalis pcti habē iocū
ditatē. **P**eccatū nāq̄ deputauit si
manēt in aula regis leticia t̄rah
fruens suosq̄ fratres in tribulatiōe
relinq̄ret. **N**on affligi in quā cum
alns pctm̄ putauit. **S**i igitur ille
nō affligi acriter cū alns peccatū esse
putauit. quantū cumulū peccati
habituū sūt qui cōgregationē fidelū
deserunt. **D**os inquit pro vobis ip̄s
patim̄. ip̄se autē nō solū pro se
solūmodo prospiciens in remunera
tionē sed etiā pro alns hoc
elegit ut maiorem mercedem
reciperet vlt̄iq̄ se proiecit in tāta
pericula cū ei liceret et pie viuere
et bonis sc̄laribz p̄frui. **M**aiores inq̄t
diuitias estimans thesaurō egyp
tiorū impropereū xp̄i. **I**mperū
dicit quia pro xp̄o sustinuit moyses
impropereū qui vnus essencie sc̄dm
diuinitatē cū p̄re est. **S**ue impropereū
xp̄i dicit hoc est quale sustinuit xp̄s
a suis p̄pinq̄s. **S**icut em̄ xp̄s impro
pereū. **S**us sustinuit a suis quos ve
nerat redimere quādo ei dixerunt
demoniū habes et cetera mala que
ei intulerūt vsq̄ ad passiōē. **I**ta et
moyses impropereū sustinuit a fratre
suo quē voluit liberare. **D**icebat em̄
ei. **Q**uis te cōstituit iudicē et princi
pem sup̄ nos. **N**um̄ interficē me vis
sicut interfecisti heri egypciū. **S**iliter
quādo quilibet a domesticis vel ab
eis quibus beneficiū prestatit t̄pe
riū sustinet. impropereū xp̄i patitur.
Aspiciebat em̄ in remunerationē
suam et totius populi. **I**ta quādo
quisq̄ aduersa patitur debet redu
cere ad memoriā et quā retributionē

promde a dño sit recepturus. **F**ide
reliquit egyp̄tū nō veritus animo
sitate regis inuisibile em̄ tamq̄
presentē sustinuit. **R**egim̄ in exodo
q̄ cū moysi dictū esset a quodam
hebreo qui faciebat m̄uaria fratri
quē moyses voluit interpare. **N**ūq̄d
interficē me vis sicut interfecisti
heri egypciū. **F**ugit moyses in verbo
isto eo q̄ pharao audito hoc q̄reret
eū interficē. **S**ed cū manifestū sit
illū fugisse in madyan quid est
q̄d b̄tus ap̄lus dicit nō veritus est
animositate regis. **E**d̄ ergo fugit
fidei fuit credens a deo liberari et
pretendit exterius timorē cū inte
rius nullū haberet metum. **I**deoz
sit ei reputatū quasi nō timuisset.
Si em̄ non timuit quare fugit.
Idemto autē noluit ibi manere
ne causa iactancie videretur se
in apertū periculū precipitare ac
temptare dñm deū suū q̄d omnino
dyabolicū est. **S**ancti em̄ q̄d iudicia
habent q̄d faciunt nō debent deū
temptare. sed debet imitari dñm
deū suū qui frequēt locū dedit iudeis
audientes q̄d ip̄e precepit dices
Cū vos p̄secuti fuerint in ciuitate
vna fugite in alia. **F**uit vera fuga
moysi tota exteriū quoniā maximā
fidem de dei auxilio semper habuit.
Vnde ap̄lus dicit. **I**nuisibile inq̄ens
deū tamq̄ presentē sustinuit. **E**d̄
est dicit. **I**ta erat fides de dei adiutō
et ita semp de eius p̄tectione securus
erat tamq̄ omnipotentē deū qui natura
inuisibilis est semp presentē aspiciēt.
Fide celebrant pascha et sanguis
effusione ne qui vastaret primitia
egyp̄tiorū tangeret eos. **F**ide qua

moyses credidit p̄ illū sanguinē
saluandū esse populū celebrauit
pascha et sanguis effusione quo
limuit postes ne angelus qui
vastaui p̄mittua egyptoz affli-
geret israhelitas **Ac si illis dicit**
Si sanguis agni typici in medio
egyptoz et in tanta deuastatione
illesos seruaui **ille** iudeos quoz
postes fuerūt reserpsi illo sanguine
multo amplius saluabit nos veri
agni sanguis hoc est xpi quoz
hostia r̄ frontes muniti sunt signo
passionis xpi **Timuit** em̄ illū san-
guinē angelus intelligens ibi do-
minicā mortē ac propterea non
tetigit postes **licet** qd̄ fiebat nichil
esset sed qd̄ p̄ illud fiebat magnū
erat **Sanguine** agni illuminātur
postes israhelitarū ne vastator an-
gelus audeat inferre mortē **Sig-**
nantur d̄mice passionis signo fideles
populi in frontibus ad tutelā salutis
vt ab interitu liberentur **fide** trāserūt
mare rubrū tanq̄ p̄ aridam terrā
qd̄ experti egypti deuorati sunt
Ac si dicit illis quibus ista scribebat
fide firmiter sperare debem̄ vt qm̄
in desperatione aliqua anim̄ noster
fluctuat tūc quoq̄ fidi simus vt
liberemur ac si usq̄ ad mortē venia-
mus et **psi** ab oib̄ hominibus despe-
remur **Quae** nā spes poterat esse
illis **Ex** altera em̄ parte erat mare
et ex altera **emgelātur** altissimis
mōtib̄ et a tercia parte erat hostes
Si vellent fugē aut in mari erāt
perituri aut in manus egyptiorū
inciderēt **habentes** autē fidē cūcta vice-
rūt **fide** em̄ qua credidit moyses
d̄no ad verbū illius p̄cessit mare

et diuisit illud in duodecī diuisiones
Iuxta qd̄ in psalterio dicitur **Crede-**
tesq̄ om̄s ille tribus sicut vestigio
posse transire mare ingressi sunt
Sed prima tribus iuda iuxta qd̄
in osee legitur **Juda** inquit p̄nceps
cū deo in mare **Quia** propt̄ illud
mare hebreis fuit a dextris et a si-
nistris pro muro prebens eis sicut
iter egyptios autem submersit **Vn**
dicit ap̄lus qd̄ experti egypti deuo-
rati sunt **Cognouerūt** em̄ q̄ mare
esset **Ex** hoc em̄ apparet q̄ **mare**
esset mare q̄ illi venientes absorp-
ti sunt et ex hoc nō apparuit esse
fantasia sed verā veritatē quam
expertī egypti deuorati sunt **Alle-**
gorice autē mare rubrū baptismus
est rubore sanguis xpi cōsecratus
hebrei qui exierūt de egypto et p̄tā
sierūt mare rubrū fideles sūt qui
de delinquentes tenebras infidelitatis
transierūt p̄ fontē baptismatis
Pharao et egypti mortui sūt in
mari q̄ in fonte baptismatis mor-
tuus est dyabolus amittēdo potesta-
tē quā habebat mortua sūt etiam
originalia peccata et actualia si qua
antea fuerat **fide** muri ihericho
corruerūt circuitu dierū septem
Non em̄ tubarū sonitus murorū
saxa deiecit ac si p̄ decem mille
annos quis tubis insouaret sed fides
qua illi crediderūt deo deiecit eos
Legimus qd̄ d̄no p̄cipiente iosue p̄-
cepit archā dei portari p̄ septem
dies in circuitu ihericho ac p̄sonare
tubis **Septimo** autē die cū p̄sonauis-
sent tubis corruerūt muri ihericho
qd̄ a magno misterio non vacat
Ihericho que interpretatur luna sperit

Almēbrar

huius mundi tenet. Quia sicut luna
mensuris complexionibus deficiat ita hic
mundus cotidie defectibus cadit. In
archa vero ecclesia figuratur. In tu-
bis autem erant predicatorum sortes accipi-
untur. Josue qui circumduxit archam christi
est qui ecclesiam suam per hunc mundum gubernat.
Hanc ergo urbem ihericho diebus septem
israheliticam archam ferentes circis tubis
clangentibus circumierunt et muri eius
per archam presentiam atque clamorem tubarum
sonitum ceciderunt. Quia in hoc tempore quod
vicissitudine septem dierum voluitur dominum
fertur archa. id est domini orbem terre circu-
ens novatur ecclesia ad predicandum
voces quasi ad tubarum sonitum murum
ihericho et clati huius mundi et principes
ac superba infidelitatis obstacula
corrueverunt donec in fine temporum mors
novissima destrueretur inimica. Fide
raab meretrice non perit cum meretricibus
excipiens exploratores cum pace. Illius
consolationem et hortationem beatus apostolus
in isto loco omnibus prebet ut si me-
retrix infidelis et idolatra sola fide
salvata est multo magis illi salvan-
tur qui ad graviora crimina non sunt
prolapsi. Ac si dicitur. Patienter incho-
nestum est si meretrice infideliores
estis. Ista tantum homines nuntiatae
audiunt. confestimque credunt. Vos autem
non solum homines audistis, verum etiam et pro-
phetarum voces que per omnem sabbatum le-
guntur, et insuper ipsum filium dei ad vos
missum cognoscitis. Nam raab effectum
fidei consecuta est. Omnibus quippe
perentibus sola salvata est. Raab autem
que interpretatur dilatata figuram
tenet ecclesie que dilatata est ab ori-
ente usque ad occidentem ab aquilone
in meridiem. Et latitudinem caritatis

habet. Intantum ut etiam propriis mi-
micis oratione fundat. Et bene de
extraneis et alienis gentibus erat
vivens in desideris carnis et forni-
cationi deserviens. pro ecclesia aliena
erat ante dominum adventum adeo secundum
desiderium carnis vivebat, fornicationem
que atque idolatrie deserviens. Postquam
verus ihesus misit ad eam duos explo-
ratores hoc est petrum et paulum, sive
duo testamenti, fidelis effecta reliquit
fornicationem idolatrie, sicut salvata
est, et salvatur cotidie ne pereat cum
infidelibus. Huc usque narravit de legis-
latore et de patribus antiquis. Nunc
dicturus est de iudicibus qui fuerunt post
josue nomina eorum tantummodo commemoras
propter brevitatem sermonis qui per fidem
pugnauerunt et gentes plurimas vicerunt.
Et quid adhuc dicimus, deficiet enim me
tempus enarrantem hoc est deficiet me
tempus destinata ad scribendam epistolam
si cuncta eorum facta prosequi voluero quos
hactenus commemoravi sive que narrare
possum de his qui sunt et successores
fuerunt. De Gedeon barath sompson
gephe dauid samuel et iheremie qui
per fidem vicerunt regna. In festis

plurimum
Quod omnes in commune plurimum
commemorat illud est quod singulorum
opera eadem fide acta sunt, quod omnes illi
per fidem vicerunt regna. Gedeon
siquidem signum accipiens a domino in
trecentis viris qui manibus hausserunt
aquam de quibus dixit ei. In his
superabis madian. In vellere quoque
humido et sicco, fidei repletus perstravit
zebec et salmagna et accepit victoriam
de hostibus. Allegorice autem gedeon
qui interpretatur in utero circumiens
significat dominum nostrum ihesum christum qui per

incarnatus misterium in utero virginis
 collocatus plenitudine divinitatis que
 omnia replet totum mundum circumdatque
 implendo omnia circumdat omnia. Trecenti
 autem viri qui manibus aquam hausserunt
 et accepto igne in lagenis contra
 madyan profecti sunt. contractisque
 lagenis ignis resplenduit tubisque
 interperuerunt simulque omnes hostes in
 fugam conversi sunt. typum tenent sanctorum
 predicatorum qui fide sancte trinitatis ha-
 bentes signo dominice passionis insig-
 ni sunt quod designatur per thau litteram
 que suo numero trecentos exprimit
 et que apud veteres iudeos similitudinem
 arvas habebat. Lagenis autem que sunt
 vascula fictilia significant corpora
 corde predicatorum infirma de quibus
 idem predicator egregius dicit habe-
 mus autem thesaurum istum in vasculis
 fictilibus. Sonus tubarum exprimit
 predicatorum voces fractis enim lagenis
 resplenduit ignis hostesque in fugam
 conversi sunt. Madyanite sunt qui typum
 tenent principum huius seculi que postquam
 sancti martires ab hoc seculo deficiunt
 crescit per miracula. Sicque virtute
 miraculorum conversi in fugam vertuntur
 fallunt aut fidei se subdendo aut
 etiam a tormentis cessando victi timore
 signorum. Illud quoque non vacat a myste-
 rio quod gedone orante vellus primo
 madidum fuit et tota terra sicca. Secundo
 vero vellus siccat et tota terra ma-
 dida. Vellus quidem figuram tenet iuda-
 ei populi. terra autem omnium gentium. Iure
 ergo vellus primo madidum fuit. terra
 sicca permanente. quia quando iudaicus
 populus superne rore sapientie fuit hinc
 factus ante dominum adventum omnes gentes siccitate
 et sapientie fidei exsiccitate sunt

Item post dominum adventum omnes gentes
 rore sapientie fuerunt madide effecite
 et iudea ariditate perierunt. **D**arath
 ipse est lapidoch maritus delbore
 qui fide credidit prophetasse superavit
 que zisaram et omnes viribus eius. **S**
Samson fide qua credidit penetra-
 re a deo quod orabat plures interfecit
 moriens que vivens. Dixit enim Domine
 memento mei et redde nunc michi
 fortitudinem pristina deus meus ut
 valescam me de inimicis meis et pro
 amissione duorum luminum unam ultionem
 recipiam. **G**epthe fidem habuit pug-
 nando contra filios amon et in filia
 sua offerendo licet in hoc stulte egis-
 set quod omnipotenti deo sanguinem hu-
 manum fundens putavit placare sic-
 cum. **D**ouit siquidem si dominus ei victoriam
 daret de filiis amon imolaret ei
 quicumque primus occurreret de domo
 sua quod et ita fecit. **N**am et occurrat
 ei filia sua quam post deploratam
 virginitatem occidit. **S**ed potest quoniam
 qua de causa mos moluerit ut omnino
 anno virgines hebreorum deplorent
 filiam gepthe. **Q**ue ista cognoscitur
 ratio esse ut dum cernit illam deplora-
 ri a filiabus suis nemo ad tantam
 stulticiam tantumque maculum audeat pro-
 filire ut deo sanguinem humanum sin-
 dat. **D**avid plenus fide processit
 contra philistinos et interfecit. et quoniam
 deo credidit multas promissiones de
 christo promeruit. **S**amuel propheta et
 sacerdos fidem habuit perfectam qua
 vixit david in regem ad verbum domini
 et occidendo ~~regem~~ agag regem
 amalech. **O**perati sunt iustitiam
 que quod crediderunt opere complerunt
 exornantes eandem fide adepti sunt

repmiffiones de xpo del de patria celesti
Abrahā em pmiffiones de xpo accepit
dicēte sibi dno In semine tuo r in
xpo benedicetur omīs gentes Dauidqz
plūimas Cui dñs dixit Cū dormie
ris cū patribus tuis suscitabo seme
tuū qd egredietur de lūbis tuis et
firmabo thronū eius sup thronū
tuū Et alibi De fructu lumbi tui
ponā super sedem tuā Et cū unre
curado Semel inquit iuravi in sto
meo si dauid mentiar semen eius
meteznū manebit Obturauerūt r
claufērūt ora leonū vt sampson
dauid daniel missus in lacum
Extinxerūt impetu ignis sicut
tres pueri danielis forni iussu na
buchodonosoris caldauca urgente
vesania missi sūt in fornacem
ignis ardentis quibus nichil molestie
intulit Effugerūt aciem gladii
r repulerūt fortitudinē hostiū a se va
lide pugnado Sicut Josue et gedon
et dauid cū alijs regibus et princi
pibz iudeoz Conualuerūt de infirmi
tate vt Job. et gectnasq cū egrotasset
vsqz ad mortē dno sibi ppiato reddi
dit pristine sanitati p spaciū quōdā
ānorū Possumz et infirmitatis
noīe malū captiuitatis intelligere
de qua liberati sūt dno volente Cno
iubente. esdra et necmia pcurate
fortes facti sūt sūt in bello Vt ihs
naue successor moysi Sampson
qui mandibula asini multos phi
listinorū interfecit. Dauid quoqz rex
judas machabeus et frēs eius quoz
tpribz etiā sex milia iudeoz interfecerūt
centū milia hostiū. et sexcēta milia
missa antiochia in auxiliū demetrii
interemerūt centū viginti milia.

Castra veterū extorū subaudiis.
in fugam frequenter coegerūt Castra
autē dicuntur a castrado qz ibi castrat
libido Non est em mos militaris vt p
gentes in pcedū vxores aut feminas
ducāt alias. Duo quondā principes
terre cū comitatu vxorū preceūt in
bellū. Darius videlz et anthonius
et vterqz mibi perierūt Darius quidē
superatus est ab alexandro Anthonius
vero ab octauiano imperatore Accepe
rūt mulieres de resurrectione mortuos
suos. Has mulieres dicit quarū filii
ab helyā he et helyseo sustitati sūt.
quos ille acceperūt post resurrectio
nē nō vt eos haberet in maritos sed
quos amiserāt in morte receperunt
vivos Alii autē distenti sūt nō sūt susci
pientes redemptionē vt meliorē inue
nient resurrectionē. Plurimi scōrū
distenti sūt. hoc est. in cruce extensi
fimbrijs colligati sicut btus adreas.
seu distenti hoc est ad capita duarū ar
borū colligati ac disrupti. Vel etiā ad
brachia equoz indomitor extenti sicut
ab eis disrupti. vel certe distenti sūt.
hoc est decollati sūt Cūc oīa in sanctis
martiribz videtur esse cōpleta Nō susce
perūt redemptionē. hoc est liberationē
in pnti. ad hoc ut soluerentur a tor
mentis. meliorē atqz gloriofiore resur
rectionē inueniret in futurū Quomā
quo ampliora quis in pnti prodeō tor
mēta sustinet eo gloriofiore in resur
rectione apparebit Alii vero ludibria
expeti et verbera insup et vincula et
carteres. Ludibria dicuntur a ludo. hoc
est irrisione primo em scī martires
ludibria atqz irrisiones patiebantur.
Demde verberibz afficiebantur. Sicut vni
culis astricti ponebantur in carceres.
ac ad postremū vero interficiebantur

diversis et exquisitis tormentis **L**api
 dati sunt. ut naboth et xeremias in
 egypto a reliquis transfugator.
 Ezechiel in babilone. aliqz qd plu
 res in nouo testamto **Secti sunt.**
 hic pluralis numerus pro singulari
 numero positus est. Neminem em scy
 legimus in veteri testamto sectu
 nisi ysaya ppheta. que fecit securi
 lignea sarra manasses rex qui
 filia eius habuit in vxore **Teptati**
sunt. ut abraham et alii multi no
 ad deceptione sed potius ad pbatio
 ne illa sz teptatione de qua dicit
 Temptat nos dñs deus noster. pbat
 nos Na deus mteptator est maloz
In occisione gladii mortui sunt.
 ut vias et iohas aliqz multi.
Curauerunt in melotis in pellibus
caprimis egentes angustati af
flucti. Helya in hoc loco debemus
 intelligere et alios qui taliter
 egerunt et qui afflicti vndiqz peni
 rnis et tbulatioibz angustati fide
 sustinuerunt oia vt ad desiderioru
 supernoz pma possent puenire
 Ois aute indigentia et egestas
 et angustia vocatur qua agustiat
 homo et affligitur. siue fame siue
 alia moxia. Melotam quide dicunt
 genus esse vestimenti ex pellibus
 caprimis ex vno latere dependens.
 Quo genere vestimenti ppter aspeuta
 tem in egypto monachi dicebatur
 vti Helyas quoqz legitur isto vesti
 mento vsus fuisse aut vero quida
 dicunt ex pellibus taxii genus vesti
 menti esse copositu. Est em animal
 qd taxus vocatur et melus solitus
 in caueis terre habitare. Cuius
 pellis hispida esse refertur a

quo noie deriuatur vocabulu huius
 vestimenti. a melo melota. **Quibus**
dignus no erat mundus. Mundi
 nonne hic sub vna significatioe
 possumus intellige amatores
 mundi. qui terrena tantummodo
 appetentes ab amore creatoris
 sui remoti se faciunt ac ppter hoc
 no sunt digni tales socios habere
 quales fuerunt illi quoz magna
 lia apud supra describit.
Sue mundi noie possunt intelligi
 oia que cotinetur inter celu et
 terra. aurum stibz et argenti
 gemme atqz oia piosa. Insup
 et reprobi ipsi amore mundanarum
 rez decepti. Istis ergo sanctis no erat
 dignus mundus hoc est si totus mundus
 redigeretur sub pao no poterat vn
 illoz recte copari neqz etia si oia
 illa in preciu dari potuissent tale
 aliqne vnu emere possent. **Et ergo**
 ex pluribz paucor memoriam agamus
 quomodo poterit talis ac tatus vir co
 parari vt fuit moyses qui quando voluit
 mare diuisit. quando voluit aquas eius
 reducit. qndo voluit mana de celo
 descendere fecit. aqua de petra pduxit
 et cetera innumcabilia fecit. **Vel quomodo**
 poterat coparari talis ac tatus vir ut
 fuit iosue successor eius. qui quando
 voluit solem et luna illa duo magna
 luminaria in vno loco stare fecit. dicitur sol
 tot gabeon ne mouearis et luna coptra
 valle edom. **Fortasse** in dicit aliqz
 ideo no poterat eum qz no poterat
 inueniri. **vtiqz** vix est quia no poterat
 in toto mundo files illoz inueniri. **Et**
 si potuissent nequaquam illo pao possent
 copari qz qd totus mundus nequibat
 pficere hoc vngilloz verbo agebat

Nā cū totus mūdus tēporibz helye
laborasset p̄ tres ānos et menses
sex siccitate nec potuisset pluuiam
īpetrare verbo helye aperte sūt catha
racte celi et venit pluuiā sup̄ faciem
terre In solitudinibz erātes et in
mōtibz et in spelūcis et in cauenis
terre Helyā eximū p̄phetāz hic vlt
intelligi et filios p̄phetarū qui tēpoibz
achab et rezabelis fugati sūt. eo quod
voluisset rezabel interficē eos **Tunc**
tēporis pauit eos quinquagenos ab
dyas i in spelūcis et cauenis terre
Vnde meruit donū p̄hecie **Iuxta** qd
dñs ait in euāgelio **Qui** recipit pro
p̄hetā in noīe p̄hete mercede p̄hete
accipiet Et hī om̄s testimōis fidei
probatī nō acceperūt remissionem
deo pro nobis aliquid induis prou
dēt vne sine nobis cōsumaretur.
Qui om̄s testimōis fidei probati sūt,
nisi om̄s sup̄iq̄ memorati quoz tam
clara et tam laudabilis fides cōme
morata est. **Stelle** videlz firmamētī
terreni hoīes et celestes angeli vni
lapides splendide margarite **Quoz**
opera que egerūt fidē eoz cōfirmāt
quomā absqz fide īpossibile est pla
cere deo **Testimōis fidei** itaqz fidei
fuerūt probati hoc est opatione
facta que p̄ fidem opabatur laude
digni inuenti sūt **Fides** em̄ illorū
operibz mūdus declarabatur **Sed**
cū ita essent p̄fecti remissionē nō
acceperūt **Dicit** ergo aliq̄s quid hīs
profiut deo seruire si hactenq̄ sine
premio p̄maneret **Absit** hoc a fide
lū cordibus vt credamq̄ eos sine
fide p̄mo p̄manē **Adhuc** quippe
mortali carne circūdati magnū
premiū p̄reperūt vniēdī s̄z deūqz

cognoscēdi multaqz mirabilia pa
trandi **Nūc** vero quiescūt in anima
in beatitudine regni celestis ineffa
bili leticia p̄fruentes **Sed** videamq̄
qd̄ iohānes in apocalypsi sua de
ipsis dixit **Sicqz** nobis manifestabit
quia p̄missionē nō receperūt **Vidi**
inquit iohānes sub altari dei cūas
interfectoz p̄pter verbū dei qd̄ clama
bant et habebāt voce magna dicētes
Dñe vsqz quo sanctus et verus non
iudicas sanguinē n̄m de hīs qui
habitāt in terra. et date sūt illis sin
gule stole albe et dictū est illis
ut requiescerēt tempus adhuc mo
dicū donec impleatur numerus
cōseruoz et fratrū illorū **Singulas**
stolas habēt modo anime scōz de sua
īmortalitate gaudentes et de felici
tate qua fruiūt gaudentes **Emas**
vero stolas habebūt cū in generali
resurrectione receperūt īmortalitātē
et incorruptionē in corpore quam
modo habēt solūmō in aīa **hanc**
vero p̄missionē necdū p̄reperūt
de qua ysayas dicit In terra sua
duplicia possidebūt post generalē
resurrectionē **Et** reuera ita dignū
est vt qui in corpore et in aīa deo de
seruiūt. in corpore et aīa etiā reci
pant remunerationē **Adqz** seq̄t
deō pro nobis aliquid melius p̄uide
re sine nobis cōsumaretur. hoc est.
cōsequerentur p̄fectionē illius **Et** ore
humano agitur **Verbi** grā **Sicut**
reuerentes filii de agro quidā dicit
patri pater laborauimq̄ hodie estū
solus p̄essi sumq̄ tempus est vt
retribuas nobis refectionē **Et** ille
eis respōdet. sustinete paritēper quo
adustz veniāt om̄s fratres vestri

et volent

qui volens siliter laborauerunt
et tunc cum eis plenissime epulabimur.
Sic omnipotens deus quod amodo egit
dum non dedit electis immortalitatem
in corpore ut maior gloria maius
quod desiderium esset cum omnibus generatim
in die iudicii lincas stolae accepe-
rint. Et hoc est quod dicit. Ne sine
nobis qui adhuc hic peregrinamur
refectione consequeretur in resur-
rectione corporum. **Capitulum xii^m**

Ideoque et nos tantam
habetes impositam
nubem testium deponentes
omne pondus et circumstantis nos
peccati per patientiam curramus ad
propositum nobis certamen. Nubem
testium vocat multitudinem patriarcharum
aliorumque fidelium qui testes fuerunt perfectae
fidei. Testes etiam filii dei quae prodierunt
venturum in mundum qui bene nubes
vocantur propter altitudinem et multitu-
dinem meritorum quae sicut nubes a sole
illuminatur cuiusque calore perfunditur.
Sicut post modum terra calefacit et
plurimum mouet illa pluuia autem
chorustationes emittit. Ita illi sancti patres
a vero sole calefacti atque illuminati suo ex-
emplo corda hominum calefaciunt atque illu-
minant. Sicutque tempore pluuia emiserunt ver-
bis et chorustationem miraculis. Impo-
sita est nobis in exemplum tam magna
nubes testium ut fide illorum et opera sata-
gamus imitari. Quapropter simus
deponentes omne pondus viciorum per
patientiam somnia quoque pigritiae et
cogitationes infimas. Per hoc autem quod
subdidit et circumstantis nos partem simus
deponentes ostendit iudeos ex omni parte
a dyabolo desideris temptari et carna-
libus deseruire multisque partibus habundare

Ideoque patientiam curramus ad propositum
nobis certamen ut sicut illi sustine-
runt patienter ita et nos aduersa huius
seculi sustineamus. Non dixit addam
cursum meum aliquid sed in eodem manentes
curramus deformatum nobis certamen.
Iuxta quod psalmista dicit. Via mandatorum
tuorum cucurri. In presenti enim seculo in certamine
tamne positi sumus contra vicia carnis
contra demones contra falsos fratres et nunc
est ut patienter curramus siue explea-
mus certamen istud quatenus peruenire pos-
sumus ad promissum certaminis premium.
Conspiciamus in auctore fidei et confirma-
torem ihesum qui proposito sibi gaudio susti-
nit crucem confusionem contempta. Sicut
filii parentes et discipuli magistrum
in studio operis atque in certaminibus
contendunt informantes mentem ex parte
doctorum sumentes quasdam regulas ab
eis per visum. Ita et nos si volumus currere
et discere ut bene curramus ad auctorem
siue confirmatorem christum. Attendamus qui
dixit nobis. Discite a me quia mitis sum
et humilis corde. Et alibi. Si me inquit
persecuti sunt et vos persequentur. Et si
si patrefamilias beelzebub vocauerit
quantomagis domesticos eius. Attenda-
mus ergo in christum et accipiamus ab illo
exemplum patientiae qui dicit. Qui perse-
uerauerit usque in finem hic saluus erit.
Ipse namque est auctor fidei et confirmator.
Auctor fidei nobis est quia ipse nobis fidei
insudit. Non enim possumus credere nisi
ab illo perueniamus. Unde ipse fidelibus
dicit. Non vos me elegistis sed ego elegi
vos. Ipse confirmator fidei siue perfectior
est quia confirmationem siue perfectionem
ipse nobis prestat in hoc ut in fide perse-
ueremus. Siue in hoc est perfectior fidei
quia dicit voluntate siue stabilitatem

et possibilitate perficiendi bonum quo ipsa
fides exornetur. Nam fides sine operibus
non est perfecta. mortua enim est. In illo
enim omnis perfectione habemus. qui proposito
sibi gaudio sustinuit crucem. Ipse filius
dei proponens sibi hoc est in patria sua
statuens gaudium resurrectionis atque asse-
sionis in celum totiusque glorie quam pre-
cepit post resurrectionem. Sustinuit cru-
cem propter hoc quod in postremo videbat
sibi profuturum. Confusione contempta.
hoc est pro nichilo reputata verecundia.
quam sine erubescencia et verecundia.
Illud obprobrium sustinuit. gaudium re-
maximum fuit namque illi quod pro nobis
passus est. ut voluntate dei patris im-
pleret. pro qua postea potentia super
omnem creaturam accepit. Unde ipse
dicit. Desiderio desideravi hoc passiva
manducare vobiscum. Si ergo ille qui
nullam habuit necessitatem ut crucifi-
geretur crucifixus est pro nobis quanto
magis nobis iustum est omnia fortiter tol-
lerare. Ad hoc itaque dominus apparuit in
carne ut humanam vitam admonendo
exercitaret. exempla prebendo attenderet.
moriendo redimeret. resurgendo repararet.
Propterea enim moriebatur ut doceret
nos nichil estimare gloriam que ab ho-
minibus refertur. Atque in dextera dei
sedet. hoc est in prosperitate vite eterne
et in plenitudine paterne maiestatis. Si
nulla esset alia promissio et exhortatio
illud solum exemplum debuerat sufficere
quod in hoc loco de christo ostendit apostolus
ad persuadendum omnia adversa patienter
tolleare ut cum christo mereamur consistere
in gloria. Recogitate enim qui talem
sustinuit a peccatoribus adversus se
metipsum contradictionem ut ne fatige-
mur animis vestris deficientes.

Somma que christus sustinuit adversa
a iudeis plagas virgines et irrisiones
sputa colaphos alapas blasphemias
ab ipsoque apostolus solo nomine contradictio
nis ostendere voluit. Memorandum
inquit christum qui talia et tanta contra-
ria sustinuit a peccatoribus qui peccatum
non fecerat. Quos vos qui transgressores
et peccatores esse dominus non fati-
gemini deficientes in animis vestris. sed
imitatio illius sustinete filia patienter.
Adversus semetipsum sustinuit christus
contradictionem et dimisit illos secundum
quod voluerunt facere contra se nichil ab
contradictis. Hortatur autem eos ne de-
sicerent in tribulationibus dum usque ad
martirium et sanguinis effusionem adhuc
non pervenerunt. Unde et subdidit. Non dum
enim ad sanguinem restitistis adversus
peccatum repugnantes. Ac si dicit. Et si
amissis facultates terrenas expo-
liati a contribulibus vestris tamen usque
ad mortem non sustinistis adhuc enim
vivi manetis. Usque ad sanguinem
resistit pugnant adversus peccatum
qui pro veritate fidei adversus infide-
les pugnat usque ad mortem. sicut
sancti apostoli eorumque successores fecerunt.
Nam infidelitas maximum peccatum
est. Dum autem quis non vult decipi aut
blandiens aut terroribus pugnant
pro fide contra infidelem utique contra
peccatum repugnat. Potest et de omni
peccato intelligi de mala virgine suggesti-
one et prava voluntate immundorum
desiderio quibus qui resistit non con-
sentiendo eis adversus peccatum pug-
nat. Et obliti estis consolationem que
vobis tanquam filius loquitur dicens.
Fili mi non negligere disciplinam domini
neque fatigens dum ab eo argueris.

Sapientia dei patris dñi p salomonē
 loquebatur inter cetera etiā hoc p̄tulit
 p os illius qd' bñs aplūs modo in
 exemplū sup̄sit hortans iudeos ne defi-
 ciant in tribulatiōe quia a dño redar-
 gūntur causa p̄bationis. Dicit ergo fili-
 m noli negligere siue negligenter ducē
 disciplinam dñi. Disciplina dicta est
a discendo que amodo correctio morū
potest appellari. Dñi em̄ quib' angustis
 afflictionibusq' afficitur non debet
 fatigari ac deficē sed potius patienter
 sustinere recogitans qz a dño corrigit.
Quem em̄ diligit dñs corrumpit. Flagel-
lat autē omēm filiū que recipit. Ideo
 hoc testimoniu' p̄ponit aplūs ut sicut
 fili a patribus suis flagellantur
 ut digni sint ad hereditatē paternā
 accedere. Unde et plerūq' stare in
 frigore tota nocte iubentur vānisq'
 modis excoquuntur. Ita et isti filiter
 correptiones a deo alacri animo susti-
 neant vsq' ad verā hereditatē p̄tue
 patrie venire possint p̄donei. Sunt
 em̄ multi qui in prosperis seruiūt
 dño sed tamen in aduersis excedūt.
 Hī tales nō sūt p̄fecti adhuc et
 probati ad hereditatē captandā. Unde
 et aplūs qui in prosperis bene viuere
 docuit ne in correptione deficiat
 hortatur. Quomā filiū que diligit
 dñs pater ad hoc ut heredē illi regni
 celorū constituat. castigat illū vānis
 diuersisq' modis. Flagellat autem
infirmis aut paupertate aut p̄se-
ratione aut tormentis omēm filiū
que recipit secū in gloria. Notādū
autē qd' nō oīs qui flagellatur filius
est. sed oīs filius flagellatur. Quē
 ergo scōrū ab hoc seculo ad hereditatē
 supernā legim'q' venisse sine flagella.

tione diuina. Quia p̄pter tāto min'q'
de flagello quo castigamur mirari
rare debem' quāto certius in eo pa-
terne dilectionis affectū sentim'. Unde
 ipse dicit. Ego quos amo castigo et
 arguo. At vero multi flagellātur
 ut antiochus et herodes nō ut ad
 hereditatē sumātur. sed ut hic ex p̄te
 demonstratur que mala passuri sunt
 post mortē. In disciplina p̄seuerate
taq' filius carissimis vobis offert se
deus. Subaudis ut patrie celestis
 hereditatē capias. Ac si dicit dñs
est vobis p̄ disciplinā et correptionē
que affectu paterno agitur trāsire
ad hereditatem celestē. q' cōtra disci-
plinā esse sicq' ad penas descendere
inferni putatis em̄ qd' odio vos ha-
beat ac derelinquerit deus p̄ her-
que passuri estis. Si her nō pate-
 rem' tūc magis vos hoc cogitare cō-
 petebat. Nā si filiū omēm que recipit
 flagellat. qui nō flagellatur. p̄fecto
 nō est dñs numero filior' hīs verbis
 ostendit eis qz vnde putabāt se esse
 derelictos inde magis crede poterāt
 diligi ab illo. Quem em̄ filiū non
corrumpit pater. Solet aliquotiens
 paterfamilias filios alienos negli-
 gere suos vero castigare et corrūpe-
 ne eos opprimat mala negligēcia.
 Nullus est em̄ pater sapiens qui
 nō corrumpit filios delinquentes
 et aliquando bona agentes in re
 pat ut ad meliora attendatur.
 Unde et hely qui filios suos non
 corrumpit nō meruit eos heredes
 sa. Et dicit post se derelinquere
Quod si extra disciplinā estis cuiq'
participes sūt omēs boni filii dei. vel
sancti p̄res signiq' memorati. ergo

quis remaneat qui nō pergat vobiscū
Veluti si dicet Non hoc tantū requiro
vt vos solū graciā consequamini
patriam celestemq; intrando. sed
etiā ut infirmitatis et ceteros Gra-
ciā autē dei dicit fidem spem et
caritatē p̄ quas meretur homo gra-
ciam dei inuenire. quia cū istis ha-
bet et reliquias Sive graciā dei
dicit remissionē peccatorū q̄ nobis
gratis datur a deo in baptismo
Videte inquit ne quis vni alicui
sit a graciā dei que datur in bap-
tismo. Vel sit a fide p̄fecta ceterisq;
virtutibus Ne qua radix amaritudinis
suū suū germinans impediāt
et p̄ illam inquinentur multi Na
dicem amaritudinis vocat malam
volūtatē prauamq; intentionem
vt procedit peccatū amaritudinis
Nam sicut radix amara fructus
dulces non potest proficere sed sui
similes hoc est amarus. Sulphure
usq; fons aquas habiles ad bibe-
dū non emanat. Ita volūtas mala
et intentio praua malā operationē
et peccatū amaritudinis a se emittūt
quibus impeditur iter ad patriam
ascendendi celestē Itq; p̄ illā malā
volūtatē de qua procedūt semina
nequicie inquinantur multi. quia
modicū fermentū totā massam
corrūpit. Et vno peccato infideli-
tatis oīa opera que poterāt esse bona
deprauantur. Et vno peccatore multi
conquinantur. Radix amaritudinis
specialiter peccatū infidelitatis potest
intelligi. licet et ad malā volūtatē
atq; imitationē nequam vt
diximus referatur. Et cōgrue petm
amarū dixit esse quomā nichil

amarius illo postq; fuerit penetratū
Ad experimēto agnoscūt qui post
admissū delictū cōsciencie merore
macerantur. Itaq; satis amari-
tudine consumūtur. in tantū vt
amaritudo nōq; delicti ipsū intel-
lectū ipsūq; rationē aliquociens
subuertat. Sicut de cayn legimus
qd' in desperationē ruit. Ne quis
fornicator aut phanq; ut esau
qui vendidit p̄pter vnā estam pri-
mogenita sua. Fornicator vocatur
esau qui cōtra volūtatē patris et ma-
tris vnores duxit alienas. phanus
autē p̄prie dicitur irreligiosus. quasi
portus: i. longe a fano et templo dei
Hic autē pro castrimargo siue p̄ illo
qui vtile pro mortuo vendit ponitur
Ad bene cōuenit esau qui fuit castri-
margus atq; gulosus vendēs p̄mo-
genita sua pro vili cibo pro lentici-
la sē rufa. Primogenita autē isto
in loco appellātur honor et dignitas
sacerdotū. Ante em̄ sacerdotiū aaron
qd' a deo cōstitutū est in lege om̄s
primogeniti sacerdotes erāt. Sicut
fuit Sem qui et melchisedech p̄mo-
genitus filius noe fuit. Magna etiā
dignitas fuit habere p̄mogenita
quomā et de substantia paterna atq;
hereditate paterna maiore portione
sumebat. vestimētōzq; ornatu locu-
pletior splendebat. Vnde legitur in
genesi. qd' rebecca recipiens vestimē-
ta esau valde bona que apud se
domi habebat induit ea iacob. Itaq;
adduxit eū ad patrem qui vt sen-
sit odorē vestimentorū eius fragran-
tiam dixit. Ecce odor filii mei sicut
odor agri. Quia ergo inter iudeos
erāt quidā sectatores esau in formā

adulterum et non filium est. **Q**uisque
extra disciplinam domini permanet cuius
discipline participes facti sunt omnes
boni israel pertinentes ad hereditatem
celestem adulterimus filius est nec
pertinet ad hereditatem paternam
quia non est filius libere. **C**auete ne
sitis filii adulterum. **O**mnes enim infideles
et negligentes viam domini contempnentes
adulterum sunt et non filii reputantur.
Demum patres quidem carnis nostre
habemus eruditores et reuerentiamur
eos. **N**onne multo magis obtempera-
bimus deo patri spirituum et viuemus.
Demum considerare debemus quod patres
eruditores habuimus et timebamus
eos. nonne multo magis obtemperabimus
deo patri spirituum et viuemus in gloria
paterna eterna. **P**ater spirituum et
creator animarum deus omnipotens est
qui bonum creauit primum ex nichilo
et qui omnia creauit ex nichilo. **D**emum
vero ex elementis corpora hominum
aliorumque animalium. **A**nima vero hominum
creauit ex nichilo et creat adhuc.
Non est enim putandum quod anima pars
deitatis sit. quomodo deitas non est
creata. anima autem creata est. **I**deo
autem omnipotentem deum creatorem
animarum appellat non corporum cum
omni creator sit. quia corpus nunc
ex semine paterno simulque materno
conficitur. anima autem semper a deo ex
nichilo creatur. **S**i inquit patres
carnales timebamus a quibus tem-
poraliter erudiebamur ut heredes
filiorum mereremur fieri. quomodo
magis creatori animarum obedire. atque
obtemperare debemus ut cum illo in
gloria eterne beatitudinis viuamus.
Nec solummodo differentia est inter

eos propter discretionem personarum. quia isti
terreni ille est celestis. sed etiam ipsa cau-
sa discipline et eruditionis. **N**on enim
ad eandem causam vel ad res ipsas spiri-
tuales erudiunt sed ad id quod eis
videtur. **S**icut apertius manifestat dicitur
Et illi quidem patres carnales quorum
semine corpora superius in tempore
paucorum dierum secundum suam voluntatem
erudiebant nos. **H**ic autem pater videtur
spirituum ad id quod utile est erudit nos
hoc est ad salutem et utilitatem anime
nostre in recipiendo sanctificationem
eius. **I**lli quidem patres carnales ad
hoc erudiunt nos ut ipsis simus utiles
secundum suam voluntatem que in omnibus
non est utilis. **D**eus vero omnipotens
ad omnia utilia nos erudit ut salutem
anime nostre consequamur et recipiamus
sanctificationem eius. **V**ix ut simus sancti
sicut et ipse secundum quendam modum sanctus
est. **S**icut et ipse dicit. **S**ancti estote
sicut et ipse sanctus sum. **A**d hoc inquam
erudit nos et castigat ut dignos nos
efficiat suis muneribus. **U**naqueque
etiam gens secundum suam voluntatem suos
filios erudit. **S**icut consuetudo fuit
romanorum filios suos erudire in re
militari. grecorum litteris instituire
suos. **O**mnes autem disciplina in pre-
senti quidem non videtur esse gaudium
sed meroribus. **I**deo autem hanc omnem
et diuinam et humanam disciplinam
vocaunt. quia quidam dicitur disci-
plina vocatur. **I**deo autem in presenti
non videtur disciplina gaudium sed
meroribus. quomodo qui flagellatur se-
pissime constringitur de quo id agi-
tur. sustinet frigus patitur frigus
omniumque labore. **E**t vero cum puenerit
ad perfectionem gaudet letatur. **g**

gratissimāq; mercedē recipit. Sicut
 ap[osto]lus dicit. Postea inquit. cū puere
rit ad culmen p[er]fectionis reddet eadē
disciplina pacatissimū fructū iusticie
p[er] eam exercitatis r[ati]o p[er] eandē disci
plina[m] probatis atq; p[er]fectis fructū
 autē pacatissimū vocat gratissimā
 atq; acceptissimā remunerationem
 quā recipiūt h[ic] p[er] eandē disciplinā
~~ex~~ exercitentur atq; probantur. Verbi
 gracia Romanū tyrones qui in disci
 plina rei militaris sūt exercitati
 multa cōtraria primū sustinētēs
 postea gauisī sūt monarchiā totiq;
 orbis sustinentes r[ati]o possidētēs. Saliter
 intelligendū est de h[ic] qui in disci
 plina diuina affligūtur qui p[er] p[er]ma
 eterna accepturi sūt sicut ap[osto]li facti
 martires et doctores eccl[esi]e. Propter
q[uo]d remissas manus et soluta genua
erigite et gressus rectos facite pedi
bus vris vt nō claudicās quis exret
magis autē sanctur. Inter q[uo]d quia
 propt[er] disciplinā mercedis premiū
 redditur gaudiūq; subsequitur. Vel
 p[ro]pterea ut possitis hereditatē sup[er]nā
 cū bonis filiis suscipere. Remissas
 manus a bono opere et torpentes
 ocio pigricie et soluta genua erigi
 te ad bona opera agenda. Pedes autē
 et genua debem[us] accipere opa sicut
 et p[er] manus. P[er] gressus autē intellectu
 intencionēq; mentis. Et est sensus.
 Talia opera agite que p[er]fectū intel
 lectū habeant q[uo]d bona intencione
 sūt. Recte inquit ambulatē nec
 claudicando plus accrescat sed po
 tius ad statū rectitudinis erigatur.
 Remissas manus et genua soluta
 erigere. Sicut et Isayas precepit
 dicens. Confortate manū dissolutas

et genua debilia roborate vt nō clau
 dicans quis exret r[ati]o nō hesitās quis
 in fide bonisq; op[er]ib[us] caritatis
 Magis autē sanctur a peccatis cre
 dendo recte in deū. Ac si dicēt. Qui
 nō credit recte melius est vt firm[us]
 et tenacius credat quatin[us] omnibus
 modis inueniat medicinā anime
 sue. H[ic] autē verbis hesitationes
 eor[um] tangit ad hoc ut sine dubita
 tione aliqua crederēt in eū. Pare
sequim[ur] cū omnibus subaudiis bonis
et sanctimonia sine qua nemo videbit
deū. Plurima quidē sūt que formā
 discretionēq; xpianitatis ostendunt
 sed plus ac melius o[mn]ibus caritatis
 mutue pax que homin[um] corda cōsociat.
 Quap[ro]pter dicit ip[s]a veritas. Pacem
relinquo vobis. Et iterū. In hoc cog
noscent omēs quia mei estis discipuli
si dilectionē habueritis ad mutem.
 Propterea etiā et ap[osto]lus dicit. Pare
sequim[ur] cū omnibus bonis. Pacis autē
 nomine intelligenda est dilectio et
 concordia. Sanctimonia autē dicitur
 castitas siue mundicia mentis et cor
 poris. Ac si dicēt. Ita diligite omēs bo
nos vt vosmetipsos ut sit in vobis
castitas siue mundicia mentis et cor
poris quomā sine pace et sanctimo
nia nemo videbit deū. Beati enim
pacifici quomā ipsi filii dei vocabū
tur. Beati mundo corde quomā ipsi
deū videbūt. Contemplantēs ne
